

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :


- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.



1807.-4 -



S F D



RF

SR/P

12163

Su Guil. Charis.

DE ETRVRIAЕ REGIONIS, QVAE PRIMA IN ORBE EV-

ROPÆO HABITATA
est, Originibus, Institutis,
Religione & Mo-
ribus,
& imprimis

DE AVREI SAECVLI DOCTRINA
*et uita præfantisima que in Diuinationis
sacra usu posita est, Guilicimi
Postelli Commentatio.*

FLORENTIAЕ.

M D L I.

C O S M O M E D I C I
ILLVSTRISS. ETRV-
RIAE OCCIDVAE DVCI

Salus & vera absoluta

que victoria.



APIENTISSIMORVM
filosoforum decreto iudicatum
est, Tunc fore Respub. fælicissi-
mas, quum aut sapientum aut
sapientiae studiosorum ama-
toriumue principum imperijs
audientes esse cœperint, vnde
in summa relinquuntur difficul-
tate iudicandum, quām sint fælices illæ quibus non tan-
cum in omni doctrinaru genere principes viros imperare
coegerit, sed ubi ad summos dignitatuum gradus idem fue-
rint electi, tanto ardenter sapientiae studijs inhæserint,
quanto in maiori publicarum curarum culmine fuerint
constituti. Crediderim itaque hodie Etruriae gentem
præclarissimam Florentinos in summo fælicitatis huma-
næ gradu versari, nisi morbo humanæ naturæ peculia-
ri suarum ipsimet calamitatum authores essent, quum
utrumque sapientum uotum in te illis contigisse videam.
Licet enim per publicarum functionum curas quibus as-
sidue optimos urgeri principes necesse est, tibi non liceat
in Academia filosoforum versari, tamen & ex tuis in

tuam Rempublicam institutis, & ex summo in doctos omnes amore, fauore, officio & liberalitate ipsi relinquis posteritati cogitandum, te facile ipsis virtutis actionibus in quibus laus solida consistit omnibus filosofiae partibus te vniuersos antecellere. Quare, hac tempestate, in qua ingeniorum laus & literarum rerumque splendor rursus incipit enitescere, ut tibi principi omnium doctrinarum alumno inscriberem has nostras de Originalibus Etruriae & priſco Aureoque eius culturituque commentationes, & tuæ amplissimæ dignitatis nomine, & absolutæ virtutis ergo sumuehementer incitatus. Cole quidem præxigua munus est, opusque in summa & Latinorum & Græcorum authorum penuria conscriptum, eque solius memoria monumentis illisque te nūissimis repetitum, quum iam fere totum decennium, ex quo prælectioni regiae sub literarum instauratore Rege Francisco in ipsa Gallia finem feceram, humanarum literarum monumentis valefeceram. Media enim in Asia quum studijs & authoribus Arabicis conquirendis incumberem raptim, & ex originum Syria-carum ratione occasioneque exaratum est, quicquid id est; Sed tamen qualemque est maxima præscæ doctrinae & disciplinarum nostro saeculo deperditarum monumenta continet, & ex quibus nostro saeculo summam lucem oboriri necesse est. At quia in Etruria primaria magnitudinis astro subiecta orta est olim & sacra de extero cultu disciplina, & aurei saeculi institutio, historiaque: ibidemque vlnata sit funditus perire

rijt, ibidem te duce instaurari optamus; & tibi hoc nomine hos commentarios nuncupatos volumus. Non dubito futurum, ut qua fronte aliorum pleraque scripta monumentaue solitus es accipere, etiam nostra accipias, animumque tuae uerae solidaque & uictoriae et gloriae cupidissimum tibique gratificandi cupidissimum tam magis amplectare, quanto minus precium operae & tuis & meis uotis responderit.

Vale.

Et tibi & uirtuti & dignitati tuae addi-
etissimus Guilielmus Postellus.



*De summo genere cognitionis doctrinae qua est Diuina
tio, & quot modis posse cognitio futurorum
haberi praedique.*



ON censeo vlo modo esse cum illis de veritate agendum, qui de sequentibus ambigere sententiis volunt, sitne deus, & curamne rerum sensibus obiectarum habeat, multo minus iudico debere contendi cum illis qui sensus nostros exteriores & demum ipsum intellectum veritatis iudicem falli in rerum cognitione ita volunt, ut nil esse veri, sed omnia dubia esse affirment. Hi enim principia negantes, satisfactionem hanc merentur, ut citò qui humanitatē exuant ipsa spolientur. Cum illis itaque mihi volo rem esse qui causam mundo, & veritatem homini tribuant. Hæc enim sunt duo necessaria primaque & indemonstrabilia, quod res sensui aut intellectui obnoxiae causas habeant & supra omnes summam primamque, quodque duce ipsa rerum apprehensione, consideratione & perspectione veritas rerum virtute causæ suæ productarū possit haberi. Veritas enim quatenus est intellectus in homine agentis finis & scopus, est adæ-

quata cum ipsis rebus nostri intellectus cōsen-sio , vt scilicet quales in se sunt, tales intellectus illas apprehendat, quatenus debent possuntque ab eo apprehendi . Dixi itaque hæc duo inde-monstrabilia, eo quod maxime & primo & per se sunt, sicut Geometer non demonstrat esse punc-tum lineam superficiem, quia maxime no-tum est. His suppositis nemo negabit, illum esse maxime veritatis participem, qui res ipsas non tantum per se & in se, sed per causam etiam cognouerit. Quare sunt veritatis varii gradus. Minimus est ut res ipsas in se concipi-as, Maxi-mus ut causam primam aut solo intellectu , sine rerum sensibilium medio si fieri posset cognoscas , aut quia fieri à nobis non potest, duce eo beneficio quod in te Deus contulit, quodque in tota natura respersit, mente comprehendere sa-tagas . Quum autem prima causa sit omnino infinita & ea de re omnino incomprehēsibilis, iure quidem merito ille diuinissimushominum est iudicandus qui maxime ad eius accedit co-gnitionem . Quum autem ea quæ cognoscuntur, si bona sunt , & bona esse cognoscuntur, sint tantum amanda, optanda, obseruanda & requirenda quantum bonitatis in illis cogno-scitur, summa quæ de prima causa cognitio ha-betur (siquidem ut parens filosoforum ait, **Quia bonus est, bonitatem suam maxime com-muni**

municando , omnia quatenus sunt bona , Bona fecit) in amore infinito ponatur oportet . Summa itaque , in homine veritas est , vt illam causam quam intelle^ctu ob infinitudinem affequi non potest , ea animæ parte quæ in nobis infinita est , Voluntate videlicet , & Affectu quæ infinita cupidine tenentur , Infinitum videlicet Deum amet , cupiat , colat , eiusque nomine universitatis fœlicitate si adsit libentissime spolietur . Eo vero quòd cupiditas rerum sensui & gloriæ obnoxiarum , & timore ne secundis rebus aut iam concessis , aut quas possemus consequi , priuemur , tanquam duo tyranni assidue obstant nostræ Diuinitati ; ideo causam primam cognoscentes eandem spernimus , cognitione que futuri caremus . Quum itaque in Deo ipso sint omnium futurorum ordines , ab æterno dispositi , ille sit Diuinationi proximus necesse est qui summo Mentis Affectu Deo per amorem summum est coniunctissimus . Tanto autem veriora falsis , aut falsiora veris prædictionibus coaptet necesse est , quanto est purior aut turbidior Affectus . Hinc quum Diuinationis familiarissimum genus in somniis posuerit antiquitas merito reuera Cicero primo de Diuinatione , Platonis adduxit verba ex politiæ libris ut rationes adferat veritatis . Ait enim ideo à veritate eius Diuinationis quæ per somnia pos-

set haberi , nos destitui , quod nimiis iracundiæ motibus agitata est in nobis pars irascibilis, aut nimio luxu diffilit ea in qua cupidus & voluptatum fomes inhabitat, vnde perturbata animi parte irascibili quæ à corde est, & concupisibili, quæ ab hepate oritur , Ratio ipsa & pars superior quæ in cerebro sedes habet communis consensione turbatur , ne possit vlla vera eorum imaginum quæ noctu occurruunt ratio colligi. Quod si sedatis & veluti rescisis cupiditatibus, ieiunoque aut ut minimum cibis cupiditatibusque obruto corpore sedatisque animi passionibus quæ nos vltro in iram aut cupiditatem rapiunt , nos componeremus dormituri, proculdubio ex somniis posset à nobis obtineri Diuinatio. primus itaque hic est modus, ut sublato ob causæ causarum amorem , quantum fieri potest , amore aut timore creaturæ , moueamur , nosque totos summæ luci dedamus . Primus autem qui à diuina luce in nobis agente procedit in causa est ut cæteri veri sint. Nisi enim in nobis est summus summæ primæque veritatis amor , & summa rerum quæ nos perturbant abstinentia , ut summa lux veritatis in nobis sit omnium veritatum principium, nulla potest à nobis vera procedere Diuinatio. peti autem ab Intelligentiis, à cœlis eorumque variis motibus, ab elementis Igne, Aer-

re, Aqua, & Terra , ab animalibus eorumque partibus , à plantis , & ante omnia à prodigiis solet. Sacerdotes etiam Hebræorum ex duodecim variarum gemmarum contuitu quæ ad hoc ut suis excitarentur motibus super humeros sacerdotis ponebantur , futura prædicebant. Efodio nomen erat huic ornamento . Cæterum quod fuerint profetæ & vates Sibyllæque ubiuis gentium , à quibus scita fere omnia quibus habentæ reipubl. regantur , aut olim sint redæ, gubernatæque in consensu omnium gentium est. Si qui autem sint in ea impietate , ut eo quod inenarrabilis falsitas fictio & fabulositas in falso cultu deprehensa est , putent (ut ait Dionysius Halicarnasseus) quicquid de Deo religione miraculisque olim scriptum est , id esse inter fabulas referendum , quum prætextu falsi verum ipsum tollant , mundumque nullo recto remoueri asserant , censeo illis vitam esse tollendam . Necessarium enim unum est , E S S E DEVVM videlicet , & ut se curam habere rerum humanarum demonstret , quod item est omnino necesse , opus est inter cæteras Diuinationes vaticinationesque , esse unam , à diuino lumine in sobrios sanctos simplicesque homines transfusam , ob solum amorem & cultum summæ causæ , in qua totius vitæ humanæ & non solum unius aut alterius populi cursus sit adumbratus ,

ad hoc vt quum ea quæ sunt Diuinata & prænunciata toti orbi euenerint, ex ipso cognoscatur euentu, quod & Diuinatio est, & à Deo est, & Deum eius authorem, probat curam habere rerum humanarum.

Probatur, esse necessario, eo quòd Deus habet rerum humanarum curam, Disciplina genus summum, præstantissimumque, ad quod quum omnes homines aspirat, nullus tamen posset nisi per Diuinationem consequi.

Vum sit apud filosofos recepta illa sententia, Quòd deus nil frustra faciat, sed præstantissima vota sint finis præstantissimi gratia constituta, opus est, vt omnino primus hominis appetitus qui est verissima præstantissimaque rerum cognitio, possit suo fine frui ad hoc vt cognitis rebus possit delectum facere & præstantiora sibi feligere. Necesse ergo est omnino, vt à diuina prouidentia rerum humanarum curatrice nobis sit institutus modus, quo ea quæ magis expetimus magis assequamur. Omnes autem principes in Filosofia viri afferunt esse verissimum, Quod magis afficimur si vel modicum quid de substantiis cœlestibus aut separatis comprehendamus, quām si in hoc orbe terreno totam rerum naturam assequamur, quum tamē cōstet illa quæ magis appetimus, esse à nobis remotissima, naturæ



autē familiarissima . Quum itaque præstantissima veritatis consequutio sit rerum per suas causas cognitio , causæque sint summopere ad intellectus fœlicitatem necessariæ , opus est necessario , vt supra genus demonstratiuum disciplinæ quod quidem fere nil de causis (potissimum vt sunt amandæ) tradit , sit vnum sumum totum in Diuinatione positum , cui adnexum adsit alterum demonstratione carens , & totum in vniuersitatis Historia constitutum .
Nam si desit diuinatio illa quæ summopere desiderabilem de causis cognitionem rationeque humana nullo modo inuestigabilem nobis aperiat , frustra & Deus & Natura hoc desyderium in nobis ingenuere , quum finem eius non possumus consequi , quod est falsum . Si autem sit diuinatio vt est , opus est etiam vt possit eius finis videri , vt in toto orbe terrarum sint assertuatae eiusmodi Historiæ , vt quarum veritas non possit aut debeat vlo modo tolli , maxime vbi Græcorum θρονίαι aut fabulæ non fuerint , & vbi sine vlla cupiditatis aut timoris ratione scriptores de regnorum originibus & euersionibus translationibus ex cōmuni consensu agunt . Quum enim omnes principales mundi potestates à Deo sint ordinatæ , & suis geniis Angelisue vt vocant munitæ , fieri non potest , vt sine prouidentiæ nutu intercidant . Quisquis itaque sa-

cræ diuinationis, quam sacra vocant, voluerit fidem cleuare, quum sit præstantissimum doctrinæ genus, & per quem maxime homo suum finem consequitur, cognita, aut saltem si incognita est amata causarum causa, ille ex hominū numero quem immerito auget tollendus est. Qui vero ita fidem Historiis detrahit ut res originum & euersionum sine passionibus aut fabulis (Nam quis admittat concubuisse & genuisse deos) scriptæ in dubium ab eo vocentur, merito etiam ipse historiæ legumq. beneficio destitutus, habebitur inter suos exors, extorrisque, & supposititio credetur ortu partuque. Merito itaque laudanda venit illa Platonis in Epinomi de sententia, qua sanctè ait, esse parricidio affine, si quis illi doctrinæ quam deo religione & stellarum virtute nobis tradidit antiquitas detrahit. Illi enim authores posteritatis, qui ab ipso omnium opifice proxime ortum duxere, non potuere nisi à deo authore ista habuisse, quæ filiis instar testamenti seruanda tradere tanquam sibiipsis vellent. Et ne ambigeremus de qua diceret doctrina ait. Nam qui hæc orbi ab initio tradidit Syrus erat. Vnde de ipsis Hebræorum sacris eum intelligere non est dubium. In illis enim solis agitur de illa causa quæ cæteriscausis Angelis, Geniis, Diis, mentibus, spiritibus, aut Heroibus in causa est ut sint. nec enim per se sunt.

sunt immortales . Syrus itaque ille aut Adamus , aut Noachus aut Abrahamus aut Moses est . Omnes enim ob locum sepulturæ præter Noachum Syri sunt . Nam eorum sepultura fecit in Syria posteritati locum sacrum . Summa itaque diuinatio in sacris Hebræorum & eorum sacris appendicibus constituta est . Per eius itaque studium solum potest homo in eum finem ad quem maxime aspirat peruenire . Sed videndum est quænam sint historiæ illæ quæ secundum sacras diuinationes maximam mereantur fidem . Diuinationes autem omnia illa scripta ←
voco quæ in toto scripturarum veterum & nouiū volumine continentur , eo quod omnes sententiæ sacrorum præter illas quæ ad mores faciunt , ad doctrinam posteritatis ita pertinent , ut sint etiam futurarum figuræ . sicut enim usu rerum Naturalium videntur in omnibus quæ naturaliter accidunt cuivis semini aut arbori esse veluti præscriptum & prædictio diuinatione eorum quæ vñquam olim accident eidem generi aut speciei cuius erat individuum , sic omnino in sacris est . Sub umbra enim personæ aut cuiusvis ecclesiæ electæ vel reprobatae res gestæ sunt , quæ olim reuolutionibus sæculorū influxuum & spirituum in variis orbis partibus contingent , ad hoc ut Deum habere rerum humanarum curam ostendant . Hæc autem mihi

de Etruriæ origine dicturo, fuere præmittenda
confirmandoque, eo quòd Basis meæ Historiæ
ex sacris pendet.

*Quæ historia humana debet esse summa fide post illas
quæ in sacris habentur Diuinationibus.*

ICET nondum ostenderim linguam primam & perfectissimo , rerum de quibus tractat, etymo, esse Syram, illā videlicet quæ Syri illius hominis est in quem Plato omnia refert diuina , tamen eo quòd sit licitum in omni doctrinæ genere supponere interea aliquid donec probes , quia clarissime postea sum demonstratus primam æternamque linguam esse Syram quæ & Assyria & Fœnicia Punicaue dicitur hoc nunc pro concessso assumo . Quum itaque sit prima & ea de re summum Diuinationis genus habeat, & summam etymi veritatem, opus est eos Authores Historiæ qui in ea scripsere & maxime cum ea cōsentient summa esse fide, vbi maxime ea scripsere quæ sunt ab affectibus & falsitate alienissima, & quæ etiam apud ipsius veritatis Historicæ hostes fidem faciant. Quin itaque Iosefus sit fide dignissimus in Antiquitatis Iudaicæ libris & lingua Græca & Hebræa descriptis, in quibus populis omnino à vera sa-
crorum

:crorum traditione alienis , & contra aduersarios gratiosissimos , nemo facile dubitarit . Ea enim omnia quæ videntur minus fidem mere-ri , non minus externis quam propriis asseruit authoribus . Quum autem Chaldæa lingua sit Hebrææ familiarissima , vt post sacræ Diuinationis libros , apud Chaldaeos , Assyrios , Magos , Abrahamansque cœlestis Diuinationis profes-fores sit secunda prædictionis futurorum via , nullum est dubium quin etiam sint summa post Hebræos fide Historici Chaldaei . Quum enim constet eorum autoritate qui res Chaldaorū obseruarunt , fuisse ad hoc vt veritas in illis maxime conseruaretur constitutos primaria autho-ritate viros & summa (vt id temporis res erant) pietate sacerdotes , vt verissime religiosissimeq. origines , res gestas , mutationesque Regnorum celebriorum in publicis conscriberent dia-riis , nemo facile eorum eleuarit autoritatem . Erat enim illis semper proposita vna ratio quæ illos maxime veritati adstringeret . Sicut enim Syræ Diuinationes & historiæ hoc habent vt religiosissime rerum successus scribant , ad hoc vt summæ causæ prouidentia videatur rerum humanarum curam habere secundum Progno-stica sacra : sic etiam Chaldaei ad hoc vt ex histo-riis & rerum euentu fidem Cœlestium facerent

Prædictionum, & posteris fidem doctrinamque
suæ sapientiæ per apotelesmata traderent san-
ctissimè omnium gentium historias conscripse
re. Tertio in ordine est Romana historia, illa
potissimum quæ post acceptos in Reipublicæ
caput libros Sibyllinos est obseruata, quæque
est ab illis authoribus externis scripta, qui in re-
rum originibus & hominum generatione lon-
gissime à fabulis deorumque excogitatorū con-
cubitu recedere sategerunt. Si integri nobis su-
peressent Cato & Varro illi instar omniū essent.
Vnus porro Hesiodus post Orficæ doctrinæ au-
thores satis nobis in sua Theogonia reliquit co-
gitandū quantū fidei mereantur qui inter Græ-
cos scripsere origines. Sicut itaque tria potissi-
mum veræ diuinationis genera supracœlestē ve-
re que diuinum apud Syros, de quo Plato, cœle-
ste apud Chaldæos, Assyriosque, Sibyllinum
autem & hominibus mundoq. inferiori aptius,
quo vñi sunt ante omnes Romani : sic ab iis po-
tissimum qui Historias Syriacas, Chaldaicas &
Romanas scripsere petenda est Historiæ fides.
Iam vero dixi in Appendicibus sacrorum He-
bræorum, quatenus historiæ sacris adnexæ sunt
variis tēporibus in ecclesia à viris tam inscribē-
do quam in probādo à mendacio omnino alie-
nis scripta & probata in hoc solū ut Deus curā
habere rerum humanarū videatur. Licet enim

non expressissimum quid nomine appendicu[m] intellectum vellem, tamen ea quae ad sacræ historiæ successus pertinent, & iam sunt ab innumeris authoribus scripta & probata possunt intelligi. Iosefi itaque Hebræi scriptoris & non minus Græcis humanisq. doctrinis quam suis imbuti, fides est in primo habenda loco. Berosus Chaldaeus similiter Græce tempore florētis Græciæ mediis in Athenis ad miraculum usque doctus, & statu[m] publicæ lingua aurea ornatæ meritum cōsequutus, nomine summæ eruditionis & fidei ex publica Chaldæorum Bibliotheca compendium rerum à Cataclysmo ad sua usque tempora gesta scripsit, cuius testimonii frequentissime Iosefus utitur. Plinius, Solinus, Cato, Varro, si extabit, & alii eius classis viri cum Dionysio Halicarnasseo & ceteris fide dignis authoribus facient Romanæ Historiæ fidem. Nam res Etruscorum funditus apud suos olim perierūt, quare & Res eorum ex ipsa Romana aut ex vniuersali Historia sunt decerpēdæ & fuscitandæ. Quum enim cultus Etruscorum, Druydarum, Abrachmanum, Indorum, Aethiopumque, qui in suis principiis locisque erat aptissimus, in Syria diuinationis verba transire debebat, vna cū ipso cultu & disciplinæ & Historiæ intercederunt. Nam nisi imperfecta geniorum fuisset de-

turbata vna cum Idololatria Religio, non fuisset cognitus Princeps omnium spirituum, Mētium Angelorumque & hominum Christus.

Quōde a quæ nunc circumferuntur nomine Berosi Fragmenta ea reuera sint prisci illius Berosi qui deflorationem Chaldaicæ scripsérat Historia.

VVM apogum de hoc argumento

Q ad Pierfranciscum Giambulariū Canonicū D. Laurentii & Academicum Florentinum, qui de prisca Etruscae linguae origine scripsit, miserim, in quo satis abunde me puto sualisse ea quæ circumferuntur Fragmenta nomine Berosi, esse reuera illius Berosi Chaldaeī quem Iosefus citat non est quod repetā illud idē. Potest enim aut seorsim illud aut edi aut hic interseri. Vnum addam omni exceptione maius, quod sententiæ ex eodem Beroſo antequam unquam veniret in Manus Annii Viterbiensis, quo creditur authore confictus. Iā in Germania & in Gallia extabant, vt ex eius citationibus locisue suo tempore ostendam. Quod autem maxime mouet illos qui fidē Berosi eleuant illud vnum est quod non solum suæ gentis sed etiam occiduorū populorum à Babylonicas remotissimorū ita tractat historiā, vt videatur sua perfuctoriet, aliena autē serio tractare.

Quid enim ad rem aiunt quod statim Assyriis
subiungat Italos Gallos Hispanos ? Satisfacio,
Licet sint duodecim orbis terræ partes duode-
cim cœli signis obnoxiae, tamen quum Deus &
Natura nil frustra faciant opus est omnino ut
populi primo signo, & primæ stellæ cœli subie-
cti sint etiam digniores , & aliquando vniuersi
imperium habituri. Præterquam quod eam Ge-
nealogiam vniuersi quæ aureo sæculo in totum
orbem est dispersa, Moses in sacris libris Gene-
seos sacram fecit , ipsa iam suis sæculis ante o-
ctingētos annos obseruari in libris patrum soli
ta erat. Ut autem illi populi qui de cœlo serua-
bant ante alios , etiam suarum prædictionum
redderent rationes (Nam & cœlum & Deus sa-
crae omnino consentiunt) opus erat in Biblio-
theca Chaldaica omnino illud idem sed tanto
amplius quanto cœlum quam Deus clarus no-
bis patet , obseruare & scribere quod sacra fe-
cerunt. Semper autem apud omnes Astrono-
miae peritos fuit duplex effectuum cœli influ-
xus in obseruatione. Est enim primus cœli im-
pulsus à motu diurno , alter à motu planetarum, ille orientalis, hic occiduus, vnde quum pu-
tarint esse omnino necessarium ut vna potentia
generalis in Asia & oriente consurgeret quæ
instar primi mobilis vniuersum contineret, &
altera ab occidente quæ inferiori & temporali

omnia moderaretur imperio, non minus occidentis quam orientis regna curare debuere. Vnde & apud Græcos antequam per fabulas periissent priscæ memoriæ, ponebantur Chaldaei Indiue tanquam eiusdem professionis, in oriente: Celtæ seu Galatæ in occasu: Aethiopes in Austro: & Scythæ in aquilone tanquam capita mundi, ut est in parascea Strabonis. Verum quia illi tantum in imperiis primi futuri sunt qui in differenti cœli longitudine sub primis influxibus positi sunt, in vera orbis habitabili, id est temperata, ideo Berosus magis neglexit Scythes & Aethiopas. Licet enim & Scythæ in frigida & Aethiopes in calida regione habitent, Dei cœlique vera beneficentia in regionem temperatam est transfusa. In hoc autem maxime fidem meretur quod consentiens ipsi Mosi, Nimrotum quem suum Saturnum primum fuisse scribit, authoremque Babylonicae turris & Regni, facit parum probum ut qui rituales libros magni Iouis est furatus ab omnium parente Noacho: per illos enim libros Chaldaei eadem habere cœperunt quæ & sancti patres, donec sacra disciplina ad ambitionem & maleficas artes est conuersa, sicut nostram videmus ad id redactam, ut hominibus omnino dissimilibus iis qui eam instituere, vi-

deatur ipso vsu aut abusu potius patrocinari. Sic vsu comparatum est, ut corrupti singulis sæculis homines ex præstantissimis institutionibus pessimos mores sanctis ornatos titulis producant. Superfuit ex illis ritualibus doctrina rerum cœlestium, in qua post Diluuium excelluis se Chaldæi non potuissent, nisi iam ante Diluuium fuissent obseruationes à sanctis patribus factæ & conscriptæ, religionique geniorum Angelorum rūmuae qui primum cœlo influunt coniunctæ, quales antea Chanochus vates scripserat, cuius opus inter primos rituales sacrosque libros in Aethiopica ecclesia extat, vt ipsius fidem & argumenta ab ipsis audiui Aethiopibus Candacum Regno subiectis. Quum itaque in Berosi fragmentis quæ adhuc extant, nil sit scriptum nisi quod veritati sacrorum aut Astronomiæ, aut humanæ & cui nil repugnat Historiæ per omnia consentiat, eo quod parum plerisque placeat, non est reiiciendus. Rationibus enim & autoritate præstantiore, non solis conutiis aut detestatione risuue sunt improbandi scriptores sicubi displicant. Deest autem plurquam dimidium, vnde constat certissimò non esse confictum opus. Clare enim liquet ex Iosefo ad Nebucadnezarum usque Babylonis instauratorem scripsisse.

Quod sacrarum constitutionum seu Diuinationum libri sint ea fide & integritate, ut necessario omnibus facultatibus fuerint sintue inter optimos sapientissimosque probandi, summumque bonum suasuri.



Vit semper vsu omnium gentium receptissimum, vt prima fides oratoris aut scriptoris ab ipsius persona perteretur. Quisquis enim etiam de rebus præstantissimis verba facturus aut dictus, sola Authoritate, aut solo rerum fine moueri debere suos auditores, ita vt semper illis persuadeat, velit, toto errat cœlo. Quot enim iam à condito orbe principes sategere, vt suis populis ob solam authoritatis rationem poneant ad hoc vt in officio retinere homines possent? Tamen ex totius orbis terrarum imperio in quo ad hanc diem fuere innumerabiles summique authoritate principes, si leges iuris Romani Iustiniani imperatoris cura conseruatas excipias, nil plane superesse reperias. Licet vero sint præstantissima & ad homines in officium cogendos aut in eodem retinendos aptissima, quæ innumeri sapientia aut vt rectius loquar prudentia insignes viri De politia, De Oeconomica, De Moribus, De legibus & in summa de omnibus illis doctrinis quæ ad officiorum rationem spectant præclarissime, doctissime

me

me argutissimèque scripserint tamen illa omnia aut interierunt, aut si extant, ut innumera ad huc extant, tantundem plane faciunt in promouendo, quantum si scripta non essent. Hinc licet innumeris in toto terrarum orbe dent operam Platoni, Aristoteli, Isocrati, Ciceroni & ceteris huius notæ primariæ uiris, nullum tamen unquam reperire liceat, qui reuera moribus sanctioribus sit effectus ex eorum lectione. Illæ enim disciplinæ doctiores quidem, sed sanctiores non reddunt, ea vna de re quod ne ipsis quidem scriptoribus, quamuis sint verissima, fidem suæ veritatis fecerunt: fuere enim corruptissimi in se, qui optime cæteris tantum, & non sibi scripserunt. Quod si ipsa acceſſerit uitæ morumque probitas veraque in scriptoribus sapientia, quæ in Bonitate consistit coniunctaque cum Authoritate & Doctrina fuerit, est omnino necessarium ut summam omnibus sæculis fidem faciat, & econuerso, est omnino impossibile, ut vlla doctrina aut legislatio post dissipatos suos populos sit superstes, & multo minus possibile, ut ex primis ad alios informandos transeat, nisi sit Diuina institutio à summa Authoritate potentiaue, à summa sapientia, & à summa Bonitate profecta. Inde verissime est ab Horatio scriptum, si vere ut scripsit, intellectum voluisse: Si uis me flere dolendum est

primo tibi. Quasi dicat sis bonus oportet; si mihi vis suadere ut ipse bonus sim. Quotquot itaque aliter docueré quām fecerunt & se & suos luserunt auditores. Hinc perdita veri fidēs. Quamuis enim verissima utilissimaque scribantur, si non suaserunt ipsimē oratori & scriptori, qui fieri poterit ut mihi suadeant? Qum autem videamus ipsos sacræ Diuinatio-
nis libros, qui in Hebraeorum literis potissi-
mum seruantur, iam totis tribus annorum mili-
bus (quum tamen meræ videantur ineptiæ si ad
summorum filosoforum scripta conferantur)
non tantum fuisse inter suos vbiuis terrarum
sparcos, conseruatos & literis moribusque ob-
seruatos assidue, sed sensim tantam suæ veritatis
fidem fecisse, ut ferè totius orbis terrarum in-
stitutio ab ipsis dependeat, diuinitus hoc fieri fa-
teamur oportet. Si quis autem diligentissime
apud se consyderet tempus quando apud suos
destructo Iudeorum imperio periisse omnino
debebant, tunc sensim vna cum summa absur-
ditate mundi, orbem terrarum summa Autho-
ritate sapientia & vera Bonitate repleuisse, ne-
cessario colliget isthæc Axiomata. Quod,
quum videantur absurdissimæ doctrinæ, & ab
eloquentia rationeque humana omnino alienæ,
tamen quando apud suos periisse debebant or-
bem replevere, opus est illud à Diuina proui-

dentia esse factum, quod contra voluntatem iudiciumque humanum factum videmus. Quod, quum non solum sua simplicitate & infantia fratre sed mysterio crucis toti mundo deridendo unitæ contra Gloriam & cupitos honores, contra Luxum & superfluas voluptates, contra auariciam & fluxas opes; Probra, Dolores paupertatemque suis sectatoribus suasere, Rem omnino humanæ sapientiæ quæ contra ista pugnat, contrariam. Adde, Quod tunc omnes doctrinæ mundi & Græcis & Latinis ingeniosis exultissimæ, summâque eloquentia expositæ, tunc summo in imperio mundi versabantur, quum isthæc insipiens sapientia illis inuitis & obſistentibus vicit orbem terrarum. Vnde est omnino collendum pro Axiomate generali; Huiusmodi scripta esse Diuinitus inspirata, & ab optimis viris quique primi illâ obſeruatunt esse scripta, & ut impiis soloque nomine filosofis sunt ridicula, ita ab integerrimis sunt assidue probata inque præsentē deducta authoritatem. Quum autem obſistentibus huic doctrinæ omnibus potentiss & sapientiss mundi, tanto magis orbem occuparint, quanto magis sunt oppressæ, necesse est ut Ratione solius Bonitatis tam in ipsis scriptis respersæ quam in suis authibus inhabitantis, contra yniuersi potentiam obtinuerint. Colligitur præterea in æternum

ideo duraturas has literas, quamdiu videlicet
mundus durabit, eo quod sicut causa causarum non sola potentia, aut sola sapientia, aut
potentia & sapientia solum, sed potissimum
Bonitate aut Benevolentia fuit & est causa omnium rerum, sic hæc sacra scripta non sola
potentia authoritatéue instar legum aut constitutionum principum, nec sola humana sapientia ut scripta filosoforum, nec Authoritate & prudentia tantum, ut sunt ea quæ à potentibus sapientibusque uiris sunt de moribus aut religione conscripta, sed potissimum ab ipsa Diuina Bonitate in bonos uiros transfusa Diuino iussu sunt conscripta. Vna ista causa Bonitas videlicet defuit illis scriptoribus humanitatis pro gloriæ & amoris proprii compendio scribentibus, quam ideo sapientissimi va-
tes sanctissimique profetæ in paupertate
probro & dolore quæsierunt, vt
vniuersi gloriam causæ vniuersorum redderent,
verosque Honores Delicias
& opes
fluxa omnia fugiendo
& sibi & orbi com-
pararent.

Quod necesse est præcipuum Sacrae diuinationis authorem esse summa quæ vñquam in mundo posse oboriri potentia, Sapientia & Bonitate, eiusque Doctrinam esse Rationi coniunctissimam.

ICET vniuersa eius doctrinæ tractatio quæ tam in legibus, quam iis libris sententiisque quæ ad mores spectant, est exposita, visa sit suis ipsiis authorib.

rationi tam cōiuncta ut duce ratione vbiuis genitiū probari debuerit, tamen illi præstantissimā sui partē omnino deesse ideo iudicandum est, & quòd nullū vñquā bonū virum aut fecerit aut seipso reddiderit meliorē, & quòd illis tam egre gie ornate eloquēterq. tractatis, sensim mūdus prætulit eas Doctrinas, quæ ipsis mundi sapientib. videntur etiam lectu indignæ. Quòd si mihi opponant hoc propterea fieri quòd deteriora semper vincere soleāt, (quod nō ambigo renascentē vbiuis Impietatē dicere) aut falso obiice re se, aut nullā esse mūdo causā prouidentiāue, quæ curā rerū humanarū habeat affirmabunt, ipsiusq. impietatis assertiōe ex numero hominū tolli merebūtur. Hoc autē vltimū, quū nusquam gentiū sint libere dicturi, etsi id maxime cupiūt effutire, quin se hac vna ratione mentiri deprehendāt nemo dubitarit. Nā inter multos mūdi principes extra veri dei cognitionē positos quin fuerint aliqui, iisque non pauci qui sategerunt ut

leges institutiones suorum populorum essent
& rationi coniunctissimæ & diuturnissimæ mi-
hi nusquam negabunt. Lycurgus saltem, & Nu-
ma, Charondas & Zamolxis qui imperia suorū
cum summa prudentia retinuere legibusq. san-
ctissimis ut sibi visum est suos instituerunt, nec
tamen facere potuere ut ad posteros eorum
doctrinæ peruererint, quamuis nemo non ap-
plauserit illorum sententiæ. Factum itaque non
est ut sacra vicerint eo quod Deteriora vincat,
sed quia sæcula semper proficiunt illa tanquam
vana & à veræ causæ cognitione aliena perie-
re: Hæc autem quanto magis sunt oppressa im-
petita aut irrisa profecerunt, ita ut reuera ho-
die in toto terrarum orbe supersit Moses unus
pro Reipublicæ basi cum illis Romanarum le-
gum seu humani Iuris quod à Virtute Romæ
incumbenti & ab ipso Principe mundi Noacho
olim delecta pendet. Nam licet in oriente res
Christianorum per nostrorum principiū fa-
ctiones sint accisæ, Iudæi autem perpauci sint
iisque vbiuis exulum instar agant, tamen orbis
Ismaëlitarum est in eorum locum substitutus à
Diuina prouidentia ut potius quam periret Sa-
cræ Diuinationis memoria, Ismaëlitæ adulteri-
nis doctrinis & sui authoris similibus orbem in
Syriacæ doctrinæ memoria contineret. Est ita-
que summa potentia mundi in eo cuius nomine

retinentur sacra contra omnes impugnationes mundi. Solus vero Deus hoc potest, ut quo magis oppugnatur, tanto magis praeualeat. Summa etiam sit sapientia necesse est, quæ vniuersorum mundi sapientum conatum superarit. Bonitas certe quæ cæteras vincit palliatasque ostendit sola summa est, & omnipotens. Quum autem Christus hoc fecerit ut Iudæorum libri qui inter paucos Iudæos asseruabantur in totum orbem ita transierint, ut in illorum verba sit iuratum vbiuis gentium, ut qui est potentior sapiens & melior in infinitū ipso Mose, sit Omnipotens, omnisiapiens & optimus omnibonus necesse est. Quod si Mosis Dogmata inuita totius mundi potētia & sapiētia suas cæteris intercidētibus leges asseruavit quantus est? Quantus autem erit ille de quo suam edidit legislationem? Christus itaque est omnium legum & potentiarum mundi apex, cui tamen vni quamvis inuitus potentissimusque tamē summopere inseruit Ismaélites. Quum autem Deus & Natura nil faciant frustra, fieri non potest quin in ea Doctrina quam inuitis sapientibus mundi Deus solus orbi suafit habeat in se rationem summam, & quæ omnibus sapientum rationibus sit superior. Sapientes mundi, imò hominum stultissimi, eo quod viderent usque adeo natura duce insitam esse in animis humanis cognitionem Dei, ut qui de illo

timendo colendo & amando verba facerent,
communia & puerilia homineque indigna iudi-
carent : & ideo ne viderentur simplicitati affi-
nes exhorruere , de ipso mentionem ingerere,
quod in Aristotele potissimum videoas, quumq.
de causis & per causas se docere deque summo
bono eligendo & amando vbius se dicere af-
firmet , ne semel quidem videoas aut ipsum in
Dei laudem prorupisse , aut suasisse vt illa causa
causarum per quam omnia sunt eligatur aman-
da colendaque & maxime cognoscenda. Hoc
enim illum puduisse. sacra contrà. Censem
enim omnia sensibus obiecta esse omnino Deo
& causae primae vt æquum est posthabenda.
Quid enim amentius videri posset, quā vt amen-
tur quædam expetenda , vt sunt scientiæ opes
virtutes valetudo , & cætera omnia quæ inter
expetenda reponuntur, causam autem ipsam &
summi boni fontem unde talia habent vt expe-
tantur negligere? Sapientiæ itaque principium
& finis summaque ratio omnium rerum ita est,
Non solum vt scias fatearisq. esse causam mun-
do , sed vt eius nomine quæcumque illa sit non
solum Famam valetudinem & opes videlicet
Animi, corporis & media imprimis expetenda
bona spernas, ponasq. lubet, veluti ipsi autho-
ri gratias habiturus , sed ut loco Famæ Probra
pro Valetudine Dolores, pro opibus summar
patiare

patiare pauperiē. Hæc autē sunt ponēda non vt
Deo qui non eget reddantur, aut eius nomine
patiamur , sed vt Reipublicæ aut cuiusuis alte-
rius hominis conseruandi gratia, ad solius pri-
mæ causæ gloriam hoc facias. Hæc est lex æter-
na & sacrorum finis extremaq. Ratio cuius cau-
sa factus est mundus, Non satis itaq. est virtutē
propter virtutē, aut bonum propter seipsum ap-
petere, sed est omnino opus vt omnia expetēda
propter illam causam solummodo expetantur,
quæ & illa expetenda fecit, & nobis animū verū
expetendorum Iudicem dedit. Omnes doctri-
næ mundi quæ non sic docent pereant necesse
est, vt hactenus innumeræ periere. Quantum ve-
ro sunt futuræ superstites tantum Diuinationi
primæ seruire illas est necessarium , sicut legum
humanarum meliorem partem inseruire Chri-
stianæ Reipublicæ videmus.

*Quod nulla vñquam discussio grauior est in ullos autho-
res habita quam in eos qui sacræ Diuinationis
libros scripsere.*



V P E R S V N T hodie duo Iudæorum
genera Samaritani & Cōmunes qui
iam ante bis mille & quingentos an-
nos tanto sunt erga seipsōs odio , vt
omnino illorum pertinacia videatur irreconcili-

liabilis. Samaritani tam pertinaciter dissiden-
do à moribus Talmudistarum (sic enim Com-
munes volunt vocari) vt post separatas decem
Tribus ab imperio legitimo Iudæ nūquam con-
uersari in rebus sacris vna voluerint, ita vt post
Quinque Mosis libros, nullos cæterorum qui
in Iudaico & Christiano Canone habentur reci-
pere voluerint, asserantque omnia sacra esse
peruersa apud Communes, faciunt maximam
fidem, quod Mosis libri sint summa integritate
apud nos & apud Talmudistas, quia omnino vt
ipſi apud eos probauimus, & illorum exempla-
ria Samaritano depicta charactere sunt plane ea-
dem cum Hebraicis. Illa itaque discussio fidem
summam facit. Quanto autem odio inter Iu-
dæos & Christianos sit ad hanc diem iam totis
1500. annis laboratum notius est quam vt dici
debeat. In hoc autem vel maxime videtur Quod
quum sacrarum interpretationum & dogma-
tum in fidei articulis pridem positorum apud
eos vna cum sacris haberentur, quæ necesse
erat ad intelligendas scripturas tunc apud il-
los, sicut nunc apud nos fuisse scripta, ob odium
nominis Iudaici, ne nomine quidem ipso au-
dire potuerint nostrates, tamen in ipsis libris
sacris tanta videtur consensio inter nos & Iu-
dæos, vt nil plane (nisi ob aliquot loca inter-
pretum aut scribarum vitio mutata) differre

videantur. non est itaque dubium summa discussione nostrorum factum esse, ut in unius aut alterius authoris vel libri sacri verba & volumen iuraretur. licet itaque in sensu tamen in ipsa legis litera nil dissensionis superest. Sed quid non sunt passi impugnationum, quū innumeri huic doctrinæ affines exemplaria innumera corrumperint. Vnus Iulianus imperator disertissimus quam acerbe potuit fieri contra sacra scripsit. Celsus argutissimus hoc ipsum fecit. Porfyrius Pythagoricus an Platonicus melior non facile dixerim, sed vt doctissimus ita acerrimus nominis Christiani insectator & doctrinam & liberos summo cum fauore totius impietatis mundi euertere conatus est, innumera suarum inuestiarum volumina curarunt transcribi afferuarique. Sed quid? tanto illustrior facta est ea doctrina quanto magis est concussa. Nulla vero fuit maior discussio Doctrinæ & authorum quam quum innumeri omnium doctrinarum claritate celebres ut testatum Deo & orbi facerent, quanta in illis virtus lateat, clarissimi miraculis toti orbi notis, Fortunarum Vitæ & Famæ præsentis iacturam lubentissime fecere, unde moti multi in filosoforum literis instructissimi recte iudicabant, non posse hoc nisi per præstantissimum doctrinæ genus fieri, & non nisi in optimis viris cōsummari, vt omnino alacres

ad mortem vltro se potius offerrent , quām vel latum vnguem à sacrorum Christi institutorū præscriptis recederent . Hic est veritatis Basis tantum scit homo quantum operatur . Tantum pro ipsius datoris honore impendas oportet , & non coactus tantum , vt in morte fit , sed vltro quum adhuc vti posses , quantum ab ipso accep- peris . Quòd si te velis maxime summo amato- ri Deoue probare , vt eius verba seruentur opus est te animam ad infamiam , corpus ad dolores & vniuersam creaturam in tui ipsius afflic- tiō- nem acceptare . Sic erat eorum erga Deum ani- mus qui nobis hanc doctrinam tradidere , vt ho- mo qui solus naturæ ordines peruerit , ipsi toti luat Naturæ quod in eam admisit . Hæc est lex æterna finis & principium sacrorum , Ut qua- lem velles tibi obnoxios subditosue rationem rerum erga te aut filios tuos inire , talem tu ipse erga Deum vniuersi parentem ineas . Eo nos ducunt vera sacra .

*Externa probatorum authorum testimonia pro
sacrorum fide.*



Bmissis permultis illis authoribus quos Iosefus pro antiquitate authori- tate & fide sacrorum Syrorum & po- puli Dei citat vnius solius rationē ad- feram . Vbi enim causas adfert quur tam pau-

ci factorum meminerint ait Diuinitus fuisse prohibitos omnium gentium scriptores ne in sua scripta transfunderent & sacra. Inducit vero Theopompum eius rei testem. Quum enim in suas historias vellet sacra Hebræorum transfundere ipso ad trāscribendum accincto statim Diuinitus lux oculorum illi est adempta , nec prius est restituta quām Deo Hebræorum promiserit se eius sacra nunquam attrectaturum, ut cum reliquis historiis profanaret. Diuina prouidentia id curauit, ne illa quæ in prima veritatis ratione habenda voluit literis eorum admiscerentur, qui nil fabulis non repleuerunt. Berosus quidē ex Babylonica historia sacris tam gente quām literis proxima ostendit fuisse licitum Chaldaeis quod non fuit Græcis . Diluvii enim historia apud eos seruabatur . Antiquitas Iudaica & libri contra Appionem faciunt eorum authorum fidem, illuc remitto ne actum agam. Similiter, permulta quæ in Historia ecclesiastica sunt quum inde possint peti illic relinquam petenda volentibus . Nondum enim animaduersa adferre visum est . Nullus locus magis Christi regis regum magnitudinem explicat quām qui est apud Plutarchum in libro Cur defecerint oracula. Ait enim, vt iampridē in libro de Orbis terræ Concordia notauiimus, Temporibus Tyberii Cæsaris(quum Christus

in cruce obiit) nauem vnam rectore Naucle-
róue Aegyptio à Græcia versus Italiam conten-
dentem constitisse ad vesperam in littore Epi-
reo non longe à Strofadibus. Quumque alii
cœnam nōdum complefserint, alii autem iam cu-
bitum irent audita est in aëre vox sepius incul-
cans Tamuz Tamuz, Tamuz. Hoc erat pro-
prium naucleri nomen toti alioqui nauis inco-
gnitum, ad quod quum respondit nauclerus
ea vox subiunxit in aëre, quum fueris iuxta pa-
lodes (si rete memini loci, nam nec Plutar-
chus hic nec nostrum opus adeat) clama toto
conatu ὅπι πᾶν θεός αὐτοῦ θεός. i. Deus vniuersitatis
obiit. Consultum est inter omnes de hac voce
quid agendum esset, statutumque est, vt si na-
uis in tranquillitate ibi cessaret nauclerum hoc
exclamaturum, si autem misso fantasmatis præ-
cepto ultra transituros, statim ubi nauis eō lo-
ci quo iusserat spiritus constitit, trāquillitas sum-
ma & ventus cessans fecit vt iussa facere Ta-
muz cogeretur. Vbi inclamauit statim admirabilis eiulatus & vocum confusio audita est,
& tanto fragore & motus in aëre effectus est, vt
Tyberius eodem tempore audierit pan esse
mortuum, & aduocatis filosofis qui de vita &
morte deorum disceptarent miserit etiam ad
Tamuzium nauclerum hac de re accersendum
Romæ, à qua tamen ab eo loco ubi erat Ta-

mūz sunt plusquam octingenta passuum milia. Vnde necesse est vt quum audiuerint illi spiritus de morte Imperatoris omnium spirituum seu ad condemnationem seu ad compunctionem (nam cuius generis essent vix iudicaretur) sint emoti, statim illud auditum Romæ exposuerint. Quod autem illi spiritus vocarent Christum pan id est vniuersale , hoc est visitassimum in sacris. Ipsi authores sacrorum Mosesque auditores quibus authoribus sacra probata sunt vbiunque vox λ col quæ vniuersale sonat est scripta exposuerunt in sacris Doctrinis vt in Zohare patet, mediatrixem , & motricem vniuersi potentiam per quam summus Deus omnia moueret, eamque asserebant esse Messiae mentem . Nam eo quod Deus est motor omnino immobilis & immotus, qui que nullis nouis aut affectus aut loci motibus posset moueri, natura autem est omnino per se immobilis , & cœlum etiam non nisi per proprias intelligentias mobile , vt nisi adesset unus vniuersitatis spiritus Dei vicarius naturæ individuæ author quem Græci πνε Hebræi λ vocant , nil plane posset moueri . Hic est Intellectus seu Mens & Spiritus generalis de quo postea : Ait ibidem Plutarchus authore quodam Demetrio relatum fuisse, eadem tempestate dæmones antea populis ipsis aut propitiis aut

minime damnosí circa Orcades insulas ad fi-
nes Iuuernæ & Albionis insularum, ita seuiisse
& aërem concusſisse , vt nil integri in agris
plantis & ædificiis pene reliquerint. Sentiebant
& illi suas ruinas , & ideo illas suo more in suos
cultores vindicabant . Plinius cui vni odiosa
fuit & ideo fere vbiuis proscissa & inseſtata im-
mortalitas & Diuinitas (nam fato omnia , nil
prouidentiæ , nisi coactissimus suique dissimi-
lis tribuisse videtur) ambigue admodum & cur
sim locum vnum scriptum septimo Naturalis
histo. tractauit, qui reuera mihi videtur de alio
non posse quām de Christo intelligi. In summo
enim probro posuissent , aliter quām in dede-
cus de Christo crucifixo Deo loqui. sic habet
cap. 52. Multa etiam vaticinia sunt ædita ab il-
lis aut de illis qui à sepultura reuixerent. Hæc est
sententia , nam Latinus Plinius ad manum non
est. Fieri non potest quum ea vaticinia quæ ipse
Plinius pro vaticiniis habeat, publice non exta-
rent. Quare de libris Sibyllinis qui frequentissi-
me Christi qui quadraginta annos ante Plinii
tempora surrexerat, Resurrectionem iuculant
eum intelligere iudico , aut de ipsissimo Chri-
sto fonte Vaticiniorum, qui post Resurrec-
tionem ad 40. dies conuersatus cum plusquam
quingentis viris confirmauit suæ sacrosanctæ
profetiæ veritatem. Quis vero non putet tunc
extitisse

exitisse inter Romanos recentissimam memoriā facinorum Pauli & Neronis , cui vni (si quicquam priscis credimus historiis) capite truncatus Paulus præsens adfuit, illique omnino dirum euentum quem sortitus est prædictit. Sed sit hæc coniectatio, eaque perleuis suis rationibus carere non potest. Verum enim uero ad authoritatem omni exceptione maiorem est deueniendum. Non est dubium quum senatu Romano pro nostra religione sint porrecti libelli , Apologiæ , librue in quibus ipsis sint producta testimonia aut Ethnicorum aut Sibyllarum tanquam ex ipsis Archiuis & Capitolii arce desumpta, Quin omnino ita sint, uti sunt oblata . Preces enim opus est veritate niti , & multo maxime in ea causa quæ fuit inter omnesquæ vnquam fuere mundi potentissimodio-
fissima , & apud potentissimam mundi Dominationem , contra gratiosissimos aduersarios tractata. Meminit Eusebius Cæsariensis in Præparationis Euangelicæ opere versuum Sibyllinorū ex ipsis Capitolii archiuis desumptorum in quornm capite , vt Rèx ille , qui esset à toto orbe adorandus, vt Ciceronis verbis utar , de quo illa scripta erat ab ipso nomine agnoscere-
tur: erat scriptum ἵστον χριστὸς, θεοῦ γός σωτῆρ id est, Iesus Christus Dei filius saluator. Latinos illos fecit Augustinus lib.18. de Ciuitate Dei, cui ver

sioni demum nostra memoria Ludouicus Vi-
ues Græca reddidit. Eorundem sententiae me-
minit Orosius. Sed vnde desumerentur nullus
maiori fide vnquam monstrauit quām Laetan-
tius qui ex ipso Capitolio capi apud imperato-
rem Romanum affirmauit. Cicero autem quū
Sibyllinorum versuum meminit ait in ipsorum
versuum capite esse acrostichida *ānpositiōē* in
qua Regis adorandi nomen esset expositum, &
sic esse per maiores traditum, iam ab ipsa Sibyl-
la Regem adorandum in ipso capite contineri.
Licet autem nemo potuisse hoc nomen lege-
re antequam ipse appareret, nomenque suum
ibi scriptum ederet Iesus Christus Dei filius ser-
uator, tamen Romani religionibus incitati, &
putantes se demum ad summum venisse fœlici-
tatis quum Regem suum adorassent, voluerunt
Diuinos honores Augusto Cæsari tribuere,
quos à Sibylla Tiburtina quam de hac re consu-
lebat admonitus recusauit, ut testis est Suetonius,
licet non adferat causas veras sed in mo-
destiam id referat principis. Orosius Roma-
nis Romanè scribens altius tradit. Ait enim Si-
byllam non tantum Augustum ab ea impieta-
te deterruisse, sed ut se iure id suadere & Diui-
nitus, iussam se esse ostenderet, in ipso cœlo &
clara luce Genii Angelue ministerio ostendit
formam nuper nati Regis adorandi in genitri-

etis vlnis amplexam, quo viso tantum abfuit ut honores Diuinos sibi assumeret, vt consecrato illo loco, & nomine Aræ Cœli nuncupato vetuerit, ne quis illum etiam inter mancipia Domini nomine appellaret, sed Augusti solum membrum spectri & arcus circa Solem visi ab Augusto Dion lib. 45, licet tempore cum Orosio non quadret vti nec causa. Testis item Suetonius qui etiam addit adeo post id temporis Domini nomen exhorruisse, ut incogitatem minimum qui in ipso theatro in hæc verba prorupisset, En bonum Dominum, ob ea verba verberibus contundi iusserit quod contra edictum fecisset. Sibi enim dici Augustus putabat. Illius sacrosanctæ Acrostichidis licet obscurius, meminit tamen satis clare Dionysius Halicarnasseus libro Roma. histo. quarto. Ait enim libros Sibyllinos postquam conflagrassent in Iouis Capitolii templo fuisse à legatis in Græciam ad eos recuperandos missis, reparatos, diuersos quidem à primis, sed tamen qui cum primis in Acrostichide conuenirent. Quod autem de hac Acrostichide intelligat patet. Nam libri illi à Græcia repetiti ad tempus usque Ciceronis, imò usque ad ipsius Stiliconis Vandali, qui illos comburi iussit, durarunt. Male enim habebat impium & perfidum hominem qui calamitatem in orbem Romanum imò in yniuersum excita-

uit , illic esse prænotatum , vti summam malorum causam . Sed non est dubium alias caussas esse quæ tantopere à Domini nomine deterrent . Suetonius enim ait . Eo tempore Romæ percrebuisse Famam , Quod ex Iudæorum gente nasceretur qui imperio orbis terrarum poteretur : Quod de Christi fama debere intelligi nemo dubitat . Hanc famam antequam apud populares percrebresceret , non est dubium & senatui & Augusto innotuisse . Herodes alienigena dono à Romanis acceperat Iudæ regnum vt Cæsarem recognosceret . Sætegit primo apud senatum vt sciretur de gentis Iudaicæ peruicacia , & de illorum Messia , quem certissime de sanguine Regio generis Dauidici nasciturum Iudæi sperabant , vnde vt liceret Regnum in pace continere , Romanis annuentibus quotquot ex principum aut sacerdotum aucto sanguine erant , curauit interfici , vt Diuinum in illis semen extingueretur . Nam si usquam gentium tantum sanguinis eorum qui imperata facere non detrectant , quiuis princeps nedum tyranus fudisset , sub Romano imperio , inultum scelus nunquam reliquissent Romani , maxime legatis populorum expostulantibus . Sed quia illa fama percrebuerat ideo hæc illi dissimulante Augusto & senatu licuere . Qum autem postquam triginta annos regnasset vidit aduenisse à

summis oriētis finibus Magos principes & rerum & astrorum peritissimos , qui tūc debere nasci in Iudæa Regē adorandum Iudæorū assererent, tūc demum misit Romā aduenisse tempus in quo natus ille Rex Iudæorū possit deprehendi. Sed sic interim esse cōsulendū rebus sensit. Senatum Augustumque debere edicto curare, vt orbis describatur, ad hoc vt dum ista fingitur descriptio, de qua alioqui alibi gentium nō sit mentio, Tribus Iudaicæ in sua loca cogerentur & ante cæteras omnes populares plebeiique domus Dauidis, ad quam rem ordinandam paulo minus biennio opus fuit. Nam biennio antequām nasceretur Christus visa est in oriente stella. Sic enim statuit perfidus tyranus aut ab ipsis resciscam Magis quisnam inter tot pueros sit hic puer & Rex adorandus, aut eorum qui sunt à biennio nati nullus euadet ne meus quidem, vt videar nomini Romano fidelis. Sic vero Romæ percrebuit estque s̄xpissime allata illa fama de Rege orbis terrarum unde meritus Augusti timor. Inde autem tantum impietatis per Senatum & Augustum Herodi licuisse clarissime videtur, quod non tantū non sunt vlti, vt vbiuis gentium erant soliti, sed ipse Augustus alioqui fons æquitatis, quum audisset, (ait Macrobius in præclare dictis aut factis Augusti) inter illos pueros quos in Bethlehem

occidisset Herodes etiam proprium filium interemisse , ait ridens Malim esse Herodis porcus quām filius . Non solum autem ut posset Rex Iudæorum extingui hæc tam immania sceleræ Herodi licuere , sed posterioribus sæculis plusquām ducentis fere annis à senatu Romano propositum est præmium illi quisquis Davidici sanguinis hominem aut senatui puniendum dederet aut occideret . Verum testimonia excellentiæ Christianæ ex calumniis Suetonii Tranquilli & Cornelii Taciti peti possunt . Quum enim in hoc conueniant quod Maleficii id est quorundam operū supernaturalium reos merito esse puniendos Christianos asserant , factentur maius cum Christianis fuisse numen quām cum tota falsi cultus potentia . Erat enim assidue probatum illos tanta pollere virtute ut precibus nutuue solo quum vellent & idola & templa fortissima cōminuerent , Dæmonibus imperarent , mortuos fuscitarent , silentiū omnibus oraculis solo nutu imponerent . Hæc sunt illa maleficia . Sic iudicauit Nero . Symo Samaritanus hominum perditissimus ob præstigias Deus sanctus creditur & à Nerone statua donatur . Qui eo præsente mortuum fuscitauit , Symonemque de suo impietatis cœlo deturbauit Petrus quia Christianus , Maleficus dicitur . At vero non sic sensit in Romano exercitu M . Au-

relius quum orationibus legionis Christianæ
impestrata est morienti & siti tantum non ege-
cato exercitui Romano pluia copiosissima.
Non sic iudicauit Iunior Plinius , vt testis est
eius Epistola. Innocentissimos enim hominum
esse Christianos tunc tēporis scripsit. Sed quid
dicam de Regis adorādi potentia? etiam quan-
do sui cessant ostendit se esse orbis & Naturæ
imperator . Julianus imperator apostates affli-
ctis vbiuis Christianis volebat in eorum dede-
cus inque Iudæorum gratiam Ierosolymis in-
staurare Templum Solomonico simile. Scri-
bit præter Ruffinum Ammianus Marcellinus à
nobis alienus. Constituit operis curatore Aly-
pium quæstorem cui Syriæ censum in operas
constituit. ventum est ad opus. Fundamenta ve-
tusta effossa repurgataque. primarius lapis erat
ponendus. Ecce repente in sui creatoris vindic-
tam muta natura armata est. Ad Gallilæi (sic
enim probri gratia Christus à Juliano vocaba-
tur) in cœlo agentis nutū concussum est solum,
æquataque sunt fundamenta solo , repenteque
globus igneus terra erumpens quotquot inue-
nit Iudæorum ethnicorumque euertit occidit
ambussit. Erat autem incredibilis Iudæorum
ex toto orbe tanquam ad noui Messiæ operas
adiuuandas collecta multitudo Recutitorum.
Qui superfuerunt cladi censuerunt , non fuisse

rede initiatum opus. Debuisse instar Solomoni, materia omnino parata & saxis dedolatis & non antea, tanti operis iaci fundamenta. In eorum itum est sententiam. Alii ligna comparere, cedere, dedolare, polire, deuehere. Cæmenta alii contundere comportare calcem alii curare multo maxima saxa ingenti mole amoliri cedere parare. Vbi omnia reponeretur & expolirentur, maxima Iudæorum pars ergasteria in quibus artifices omnia ad libellam reducentur construere, vbi erat maxima multitudo. Mirabile dictu rursus ex mediis ergasteriis ingens se recollegit ignis globus, qui non solum opèribus insistentes enecauit, sed perreptatis totius vrbis Aeliæ vicis, foris & plateis quotquot inuenit Iudæorum aut occidit aut ita signauit ut nullus esset Iudæorum superstitionis cladi illi, quin in sua veste signatam gereret crucis imaginem colore rubro intinctam, quo miraculo illi ad Christum omnipotentem transiuerere, & inde inter Christianos irrepsit mos, ut sigillo rubro vbiuis Christianismi notentur Iudæi. Hæc habui quæ ab externis authoribus delibarem in eius gratiam cui omnia secunda debentur, qui que author in nobis est eius scripturæ & sacræ Diuinationis in qua & rationis & fœlicitatis apex, author inquit omnipotens, omnium peritus & optimus motor, cuius vox nobis est pro basi

pro basi totius veritatis ponenda probandaque,
Quum enim sit illa mens generalis de qua Filo
sotus dixit Mens autem sola extrinsecus acce-
dit, eaque sola est immortalis, (hoc enim modo
omnes homines quoquis modo Mente & ratio-
ne superiori vtentes sint eius membra & par-
tes) opus est ut quicquid veri in mundo versa-
tur, ab eo sit editum, sed ante omnia sacrorum
libri & eorum conclusiones quibus subseruant
cæteræ Doctrinæ mundi necesse est. Dilemma
te autem isto velim omnes qui de hac doctrina
ambigerent, rem concludere. Aut causa prouid-
entiaque aut forte fortunæ mundus regi-
tur. Si prouidentia, quin Christi doctrina sit
illi charissima, quæ vniuersas aboleuit dubium ←
non est. Hoc enim & Ismaëlitæ debent Christo
quod sunt. Nam si non erat ad semen Christi
procreatus & vocatus Abraham, non erat Is-
maël, nec eius nomine nixum dogma. Sin autem
fortuna dicant, quin sit forte præstantissima
ille qui in se & suis per probra gloriam poten-
tianique per dolores & corporum afflictiones
summa mundi imperia Luxum Robur, per pau-
pertatem summas opes adeo ut Christi magi-
stratus sacer toti imperitet orbi, omnino subege-
rit, dubium non est. Quare me imprimis huic
sorti quæ omnipotens est affinem esse velim.
De anima eodem modo sapientissime censuit

conclu dēdum Cicero ex Platone. Aut immor-talis est aut mortal is. Si primum, sanctissimum est secundum virtutem viuere , ob p̄tm̄. Si secundum, quod & si credere vellem, scire ta-men nullo modo hic possum : Illic autem vbi non est resipiscentiæ locus, dubium reliquise stultissimum est. Secura itaque pars, quæ est im-mortalis Fœlicitatis causa Beneficisse , ample-ctenda est. Si enim æternam non habuero, sal-tem temporaria non defuerit , & certus sem-per fuero.

*Quæ res sū tractatu dignissima, in causis
& originibus.*



E V E R A scire est prima præstanti-simæq. per causam cognoscere. Vsu vero & ratione meliorisq. hærefoeos Filosoforum sententia comparatum constitutumque hoc esse videmus , vt de summis rebus & tam à nostro seculo quàm ab hoc loco inferiori remotissimis , sit apud eos qui prudentia ingenioque valent dulcius aliquid delibasse, quàm vulgaria ista & in communi usu posita absolute cognouisse. Quum itaque hoc naturæ templum indiuiduis à forma materiaq. in suum compositum ductis natum , in Reipu-blicæ cōstitutione ita sit deductum, (in quo mihi de genere humano agere tantum decretum

est) ut semper fuerit pars vna retinendorum in officio populorum in religione posita, altera autem in legibus & corporali vinculo constituta. Est enim opus ut composita retineant simplicium suorum naturas, Religio ubiuis gentium est in star formæ, ciuiles cōstitutiones & ab usu religionis semotæ sunt in materiæ aut corporis loco habendæ. Nil itaq. præstantius potest tractari scirique, quām ut altissimè Origines constitutionesque rerum Diuinarum & Humanarum sic tractemus, vt non tantum res ipsas clarissime demonstremus, sed ut & causas ipsas ab ipsa rerum origine attingamus. Quum autem omnia quæ sunt in orbe inferiori suas habeant origines, & à cœli excitetur dispositione, in tanta locorum circa vniuersum terrarum orbem multitudine est ita delectus habendus, ut primū ea quæ sunt nobiliora tradamus. Ideo in considerationibus rerum quæ in oriente contigere, opere ad religionis verioris origines altissime repetendas instituto, in media ipsa Syria cœlo ipso freti docuimus potissimum eos effectus, aut ἀστερισμούς ut vocant, quos prima cœli facies in Arietis signo peperit orbi. Est enim consensu omnium gentium & potissimum religionis veræ placitis ita statutum, ut licet in circulo cœli nil sit primum, tamen arietis signum aucterni temporis origo, sit prima & propter ordi-

nem nobilissima primi mobilis pars. Quū autem in Indorum Magorum Chaldæorum & Arabum Græcorumq. qui in hoc studio egregie versati sunt, doctrinis sit receptum, nullas in toto signorum orbe aut mole ipsa aut virtute vehementiora esse Astra iis, quæ in leonis signo habentur, ea de re putavi esse mihi secundum precium operæ, ut de Eturia siue Etruria ad occiduam Tyberis partem constituta regione agam eiusque origines altissime repetam.

*Quaratione post tam multos scriptores qui in
hoc uersati sunt argumento hæc nunc
tractatio sit suscepta.*



V L T O S quidem certe esse & in hoc & in plerisque aliis argumentis originum versatos constat, de quibus ipsis dicere esset alterum opus. At vero nullus etiam illorū qui nuper in hoc argumen-
to versati sunt, inter quos facile primas obtinet Pierfranciscus Giambularius Academiæ Flo-
rentinæ alumnus singularis & trium linguarum ad suam Etruscā accessione illustris, mihi ne-
gabit, tantum ad id argumēti deesse, ut præter-
quam quod nullus adhuc de prisca Eturiorum
ratione religionis, multominus de Repub. tra-
ctauit, nullus satis alte originum rationes & cau-

fas antecedentes cum suo tradidit veriloquio, finales autē in quibus omnia sunt posita ne per somnium quidem cogitarunt. Nil vero mirandum est. Quum enim in rebus vulgatissimis & in ipsa experientia positis, in tanta naturae obscuritate adhuc versentur homines, vt licet res medica quam in exemplo hic ponam iam ab Hippocratis usque temporibus sit assidue in omnium gentium literis elucidata totis duorum milium annorum curriculis, tamen nullus est qui reuera ad unius individui temperamentum di-
gnoscendum possit pertigisse. Quanto autem difficultius putamus ipsa variarum gentium, Re-
rumpubl. Regnorumue instituta mores origi-
nes successusque eatenus tradidisse, quatenus sunt à diuinæ prouidentiæ, Geniorū cœlestium
dispositionum ratione constituta? Fere enim omnia prius euanuere quam ad inquisitionis suæ rationes etiam medio in usu literarum per-
uenire potuerint. At vero ubi literarum aut ra-
ra aut nulla publicè extabant monumenta, res autem sunt antiquissimæ, ita ut vix nostra me-
moria incooperint demum post quatuor anno-
rum millia ex priscarum historiarum fragmen-
tis repeti, & è mediis Græcæ vanitatis fabulis
tanquam aurum ex stercore deligi nemini du-
biū esse potest, quin antequam possint omnino pristinæ veritati reddi sit opus multiplici ad-

modum inquisitione. Quum enim hæc res sit imprimis mortalibus cognitu necessariæ ut sciant altissima origine repetere tam à quibus sint prima religione imbuti quām à quibus procreatū sit illorum genus, (impossibile enim est Diuinæ prouidentiæ vllas assignare rationes quoque modo rerum humana-
rum curam habeat, nisi qua causa, quoue or-
tu & modo res sint natæ constitutæ seruatæ,
& in suos euentus iure conductæ cuius vnius cognitionis gratia mundus iste conditus est) opus est ante omnia satagere, vt quæ desunt, rerum priscarum cognitionibus instaurentur. Innumeri penè scriptores tam sacris persua-
sionibus addicti quām rationibus humanis freti curauerunt & falsarum & veræ religio-
nis tradere origines, populorumque vario-
rum & parentes & institutores posteris mani-
festare. At quum nullus adhuc pro dignita-
te (vt probare in hoc opere statutum mihi est)
primam rerum humanarum constitutio-
nem sit prosecutus, post tantam scri-
ptorum multitudinem, tan-
tæ rei colofonem im-
ponere vi-
sum.

Quòd primus locus sacer totius Europæ sit statim ad primam Transyberinæ regionis partem Romæ constitutus , idque ab omnium hominum parente Saturno prisco.



VVM sit prima regnum & prouinciarum basis in uno loco defigenda tam ob cultus Diuini quam ob Rerum ciuilium rationes , licet de Eturia tota sit nobis agendum , tamē necesse est primo illius constituere regiam . Patebat itaque tota Eturia ab ipso Tyberi ad meridianum Pisæ , & à montibus ad mare Thuscium , multis olim diues vrbibus . Licet itaque varia sit inter eius regionis finium tractatores opinio , & ipsa prouincia sit subiecta Ioui & Sagittario , tamen basis ipsa apud priscos erat constituta in Antipoli ad Ianiculum montem sub ipso Leonis signo . Ideo Græci eo quod Nomen mysteriosum vrbis Leoninæ erat absconditum ipso vocabulo sacro destituti , quum cœpere suis litteris obtenebrare res priscorum & suas opiniones veritati supponere vocarunt eam vrbem Antipolim , cuius genius erat instar omnium geniorum mundi . Nec est putandum quòd ideo sit dicta Antipolis quod esset opposita & aduersa Saturniæ quæ ultra Tyberim est è regione eius sita . Nam ipsius Iani qui & Noachus

& Ogyges est consensu & nomen & locus fuit concessus illis Saturnitis, qui vltra Tyberim erant. Vnde nec vlo modo Græci inficere satagerunt nomē Saturniæ quod est absolute Hebrewicum, & à prima lingua mundi deductum, eo quod corrupta pars Romæ semper ibi fuit. Nomine itaque sacrato Ἀριελ Arielis erat consecrata ipsa Regia Tusciae & primi influxus mudi, vt Sacrosancta Moseos auditorum Schola docet, vbi explicat imprecations contra Ariel, Ariel inquam ciuitatem assidue à Dauid obfessam. Sicut enim in literis humanioribus vbius est probatum & receptum quod singula Regna imperia loca prouinciæ ciuitates erat suis geniis, quos angelos vocamus consecrata, ita vt priusquam bellum susciperetur primum tutellareis illos Deos euocare & veluti sacris ex pugnare contenderent vt ad se transeundo à suis deficere vellent, sicut etiam in sacris teste Daniele de Angelico bello legitur, sic etiam non est dubium assidua contentione & sacris ante Deum precibus profetas omnium rerum & imprimis substantiarum separatarum & virtutum cœli peritissimos sategisse contendisseque, vt Genius Ierosolymitanus qui primus in ordine est mentium & intelligétiarum superiorum mouentium vt in finem, Genium sibi in Roma oppositum deuincere posset. Ideo quum Christus

stus alioqui totius mundi Dominus proprietarius in propria maxime propria, id est in Iudæa & Ierosolymis venisset ad hoc ut recipereetur à suis, ibi reprobatus non potuit melius in sua Sacrosancta authoritate conseruari quam vbi Dauid seu continuus ecclesiæ spiritus oppugnauerat Ariel. Hæc de re sacrosanctus ille Saturnus Noachus, per quem totus mundus rasantiam accepit. Quum esset & sapientibus omnibus & vatibus profetis omnibus qui, præter vnum Christum, fuere; doctior sategit statim ab Eturia seu Aturia quæ in finibus Armeniæ est & Assyria dicitur, venire in centrum loci ab Ariele conseruati, in quo est Basis regni temporalis mundi, sicut Ierosolymis est sedes pontificia. Quum toti præscripsisset orbi de verro suorum genitorum cultu in vnius Dei laudem semper conuertendo, & maxime Razzi Hinuis sacrificibus totius iuuentutis institutoribus suam Eturiam Assyriamue occiduam quum alibi tum potissimum in Antipoli, in Saturniæ autem Vestalibus partem sinistram, & Foemineam ornasset, voluit locum facere totius mundi sacratissimum in Ianiculo & à re ipsa pœna depositionis vrnae Saturni sancti nomen relinquere posteris celeberrimum. Quum enim hoc sit à natura institutum ut parentum exuuiæ sint nobis sacrosanctæ, maxime vero si

miraculis clari commercia cum Deo aut Diuis
geniisue habuisse visi sunt inter sanctos reponi
solent , quod de Martyrum sanctorum loculis
vbius gentium est demonstratisimum. Hic sa-
crosanctus Ogyges placentarumue aut panifi-
cii author sicut & vinificii vnde Iani nomen
meruit tanquam author & minister primorum
elementorum : Vitæ humanæ , tanquam alter
creator (si licet dicere) omnium animantium
quæ conseruavit à diluuii imbribus , tanquam
vniuersi parens , & in summa tanquam homi-
num sapientissimus sanctissimusque meruit , vt
vrnae eius loculi , essent sacrosanctissimi , vt cer-
tissime fuerunt donec Græca nugacitas post-
quam Arcadicum pecus suum ad origines Ita-
liæ dimisit , aut vt vere loquar falsis memoriis
missum fuisse est mentita . Tunc enim sensim
est obliterata & loci sacri religio & veri Dei co-
gnitio , ita vt ad hanc diem vix à Græca fabu-
lositate ad veritatis imaginem repedare licue-
rit . Hac de re Numa voluit ad pedes Ianiculi
montis instaurare religionem . Sed donec Pe-
trus inuersa in eum montem cruce ibi vitam
cum sanguine fudit , ibi instaurari non potuit.
& ab eo tempore solis mutis mysteriis sine vl-
la causarum cognitione instauratum locum sa-
crum recognoscimus.

De ratione etymi Eturia & Tusciae.

ERITO & Platoni & Stoicis prima ratio veri inquirenda videbatur ex etymo. Quum enim ad hoc ut de veritate & rerum cognitione informemur usum verborum inter res ipsas & intellectum nostrum Deus naturaque voluerit ita intercurrere, ut sine verbo nil plane rerum cognoscamus, constat, ut inter varia verba & synonyma sunt quædam quæ rei naturas ab ipsa etymologia magis exprimunt, sic inter omnes linguas mundi opus est esse unam primariam rerumque veritati proximam in qua ante omnes vocabulorum elucescat veritas. Volo autem mihi ex sola autoritate illorum qui hoc assuerarunt concedi quod sit ipsa Hebraica, & quæ illi sunt proximæ, ut est Arabica, Chaldaicæ duæ, Syriaca Maroniticæ & Ethiopica, donec aut ex opere nostro de originibus rationibus pateat, aut si se occasio obtulerit postea confirmare possim. Tam insigni enim autoritate & doctrina viri hoc assuerunt, ut pudeat eorum autoritati refragari. Dico itaque Eturia & non Etruria debere dici vocabulum Assyriamque sic in lingua Chaldaica dici. Quum enim Armenia & Assyria prouinciaz ad septentrionales Mesopota-

mixæ partes constitutæ sint primæ illæ quas humanum genus à diluvio creptum inhabitarint, Assyrii merito, ad quos etiam Syros & Chaldaeos pertinere traditum est vbi fixissent & genus & nomen postquam duce parente vniuersitatis Noacho Ianoue in Italiam deuenere patriæ detulere nomen. Hinc memoriis humanitatis ad tempus vsque Plinii conseruatum erat, primos hominum fuisse hos Assyrios, apud quos tam antiquæ erant disciplinæ & Nauigandi ante cæteros homines vsus, vt æternus videatur. Quum itaque totius tractationis decursu statuerimus hoc probare posteris quod Diluvio superstites in Mediæ Armeniæ & Assyriæ Chaldaicæque finibus primum expositi, sint in Italiam ante omnes homines deuoluti, vt qui nauticam in Diluvio didicerant, satis facile probauerero quod corrupta vox Etruriæ & Etruscorum sit ab Aturim seu Eturim id est Assyriis deducta: fuit enim olim liber usus vocalium, vt in Græcorum linguis & in usu lectio-
nis Arabicæ Chaldaicæque & Ethiopicæ etiam num videtur. Quum autem hi Assyrii & Autei seculi duces præstantissima fuerint institutione Religionis in qua vna est Reipub. vniuersitatis salus Eturorum seu Eturiorum prouincia dicta est Tuscia quasi salutis fons. Sic enim vox → θεον in lingua sancta sonat. Hinc Cicero secun-

do de Natur. deorum tradidit ex antiquæ religionis placitis , Ianum illum de quo agimus, quémque ad Latinæ etymologiæ Eundi videlicet rationem trahere coiatur , ignarus linguae sanctæ homo , illum inquam Ianum principem fuisse in sacrificando quòd videlicet fuisset primus Tusciæ author instituendo sacra in ea provincia, & demum vita functus & in suam αὐτούσιν relatus primus esset cui sacrificaretur. Nā praterquam quòd præcipuum templum illi ad Argi letum positum erat à Numa , nulla erat in tota vrbe regio , imò ne insula quidem , in qua non esset prima Iani edes, vt videre licet in Vibo Sequestri & cæteris qui Romam florentem viderunt & scripsérunt. Ab Eturim itaque siue Aturim sensim Etruri , & demum ab vtroque vocabulo & gentis & ritus Ethrusci quasi Eturitisci inualeſcente corruptione dicti sunt. Græci alioqui in cæteris orbis vocabulis externis litteris contenti ad exprimenda propria rerum vocabula pro Eturiis Turrhenos aut Tyrrenos Thyrrenosue dixere. Et reuera nisi periiffset in toto orbe ob non satis prudentem religiosum zelum amplissima memoria antiquitatis possemus hodie videre clarissime cur ambitiosissima gens Græca voluerit aut delere aut peruertere Italiam & ante omnes Tusciæ monumenta. Nam à maioribus in ipsius Noachi doctrinis

tam sacrīs quām astronomicis erat obserua-
tum quōd prima cœli geniorumque fœlicitas
in eo loco erat. Vnde crebræ in eas prouincias
Græcorum incursiones , aduentus coloniæ.
Hinc Troianæ reliquiæ illuc à bono Genio
deuolutæ.

*De Iani Ogygisque & cateris Noachi vocabulis, à
lingua sanctæ vſu deductis nec satis cognitis.*



N T E Q V A M Syriæ partes inuise-
rem, memini me commentatiuncu-
lam de Noachi nominibus, & de ea
fide quæ Fragmentis Berosi haberi
debeat nostro Giambulario, magis excitandi
quām tanta eruditione virum docendi gratia,
hoc enim esset sus Mineruam, scripsisse, in qua
tractatione puto me de istis egisse nominibus.
Nam vt verum fatear, pudet ineptiarum mul-
tarum quæ aut à Iudeis quibusdam sunt habitæ
instar etymologiarum, aut Ieronymo sunt fal-
so inscriptæ, aut quod facilius credo sunt sponte
sub alieno nomine confictæ. Sed satis sit ve-
rum affirmasse. Falsum enim sponte ruit. No-
mina quidem religiosa sunt ipsi Noacho & eius
vxori Naomæ imposta ob memoriam beneficij
in posteros collati, pene innumera, de quibus
quum agam de religione oportunius dicam.

Quum enim formæ de potentia materiæ educantur prius mihi est de his materialibus agendum quam ad religionis rationes veniam. Quū posteritas nullum maius à suis beneficium retulerit quam quod vt vita ab illis receptam conservaret vitæ humanæ adminicula prima receperit, ipsi vniuersorum parenti duo vocabula vt supra dixi à panificii vinificiique vsu sunt indita. Ogy enim & Ogys ab π est dictus, quod primo ex farre placentas confidere docuerit. Græci pro Ogy aut Ogyte Ogygem finxerunt vt possent liberius ementitis diluuiis nomen sancti viri præficere & tā sacræ historiæ quam Eturiæ traditioni fidem eleuare. Fuisse autem Noacho nomen Ogy vel Og (nam vt Græca prolixitatí sic sancta breuitati studet) apud sanctos patres Mosis auditores hinc patet, quod aiunt Ogum gygantem fuisse diluicio superstitem, & vna cum Abrahamo ad cedem regū ituro fuisse congressum. Qua parabola volunt tres veritates vna exprimere prima quod Noachus qui reuera solus tanquam dux debet dici diluicio superstes Ogy nomen habuerit. Secundo quod id nominis posteris & domui Semi qui & Melchisedec reliquerit, vt in pontificatu ius primogenituræ exerceret. Tertio quod ille ipse Sem qui & Ogytes erat & usum panis viuinque magis sacris quam profanis epulis apta-

bát cum Abrahamo fuerat conuersatus. Quòd autem ea Ogytarum familia & primogenitura in Syria ad busta Adami vbi erat primus locus sacer mundi habitaret etiam diutissime post Abrahāi tempora Moses testatur. Licet enim perditissima bonorum posteritas inter Ogytas esset quum iuberetur omnes qui populo Dei obſisterent exterminare & ferro facere viam præsentis Dei auxilio fretus securissimusque, tamen infremuit ab Ogytibus trans Jordanem habitantibus timens eo quòd de iure primogenituræ eorum agebatur. Opus enim erat reprobari sacram Noachitarum primogenituram quæ in Ogytis deprauatis ius suū perdidérat, vt Abrahamica illi substitueretur. Tamen impii sunt tanto ſeuerius exterminandi quanto à meliori degenerarunt principio. Moses porro paucis admodum vt ſolet & Agriculturæ & Viticulturæ originē adſcribit Noacho. Ait enim. Incœpit Noach colere terrā, & plantare vitem. Nomen ab ipſo pane & vino imponitum est à vino quod ℥ dicitur vocatus est Ianus, qua voce licet olim priſci Græci ſunt vſi vna cū Latinis, tamē vt Oenon à Iani aut Vain mutuati ſunt, ſic loco Iani vocarunt Oenotriū, vtque ſibi nomen affingerent illum qui ſapien- tissimus fuerat hominum & Affyrius fecere ſtultissimæ inter omnes Græcos nationis. Ar- cadicæ

cadicæ videlicet ducem in Italiam. In vetusto illo Mediceæ & Tuscicæ bibliothecæ exemplari & nullis opibus æstimabili quod de Athenæo vetusto scriptore habetur Florentiæ patet. & Ianum olim usitatum fuisse Græcis vocabulum, & ipsum nomē de sua sepultura imposuisse monti Ianiculo, qua veritate ad priscas origines affirmandas necessaria, nulla potest esse maior. Nam qui eius authoritatem in hac re imminuere aut fidem eleuare volet illi profecto etiam suorum maiorum fuerit neganda propria. Sed ut hæc authoritas sit magis confirmata, est Vmbriæ ipsi Eturiæ connexæ origo subiungenda.

De Umbriæ origine & vocabulo.



VVM hodie sacra apud multos admodum, qui vanis Filosoforum opinionibus addicti quæcunque illorum palato non satisfaciunt subsannare soleant, sint aut in nullo aut in fabularum precio, ita ut nil plane probatum velint nisi ex media auctorū humanitatis classe id probes, licet hodie toti terrarum orbi sit ita persuasa generalis diluuii historia, ut præter hos impios homines nullus sit qui improbet, tamen & illis etiam de tanti momenti historia satisfacere ex classicis

authoribus volo, vt quod hodie triplex probat
natio Iudæorum Ismaëlitarum & Christiano-
rum vna cum Indis Abrahamibus & Magis
qui quum in religionis placitis alioqui maxime
dissentiant, tamen in hac vna diluvii generalis
historia recipienda consentiunt, etiam pene à
Deo ipso alieni authores fateantur. Plinius cer-
te nullum credidit esse Deum, multo minus ali-
quid immortalitatis intellectuum. Horatius in-
signi vir ingenio magis Epicuro quàm cuius
sectæ subscripsit. Non dubito quin maleferiatis
istis hominibus non faciant huius opinionis au-
thores fidem profetis & diuinis hominibus
maiorem. Sed vt perditissimi similium sibi ho-
minum iudicium non refugiant, ab impiorum
sententia impiis scribam. Itaque vt Vmbriæ ori-
ginem ex Plinio tradam etiam fidem diluvii fa-
cere necesse est. Sic igitur ait. Vmbri credun-
tur antiquissimi totius Italiae populi, sic à Græ-
cis nuncupati, quòd pluviis Diluvii quas Græci
Ombrous dicunt fuere superstites quale autem
esset hoc Diluvium vna cū innumeris authori-
bus Horatius in Car. testatur dum ait. Terruit
gentes, graue ne rediret, sæculum Pyrrhæ noua
monstra questæ, Omne quum Proteus pecus
egit altos visere montes &c. Quod debeat in-
telligi de Generali Diluvio in utroque authore
nec ad ullum quatuor particularium debeat re-

ferri satis constat, quum supra memorias diluitorum particularium fuerint in Italia Eturitisci, Vmbri & Aborigines. Porro vt Græcæ fabulositatis etiam rationem reddamus genus humanum sub Pyrrha & Deucalione non fuit reparandum lapidibus à tergo tractis, nisi in Diluvio vniuersali sub Pyrrha absumptum omnino fuisset humanum genus. Omnes enim saxeо inuenimur esse corde & immiti immanique crudelitate. Accepta itaque à sacerorum visu parabola quod impii perfidique homines sint corde lapideo quod diuina prouidentia se emolitaram & in carneum conuersuram affirmat in sacris, mentiti sunt Græci vt Aurei seculi famam à gente Eturiæ decerperent. Et sic volunt non immerito vt Imperium & perfidum genus hominum lapideorū à sua Pyrrha & à suo Thesfalico Diluvio incœperit. Itaq. & si quoties suas literas fabulas & opiniones mundo obtulit omnia perdidit, tamen in suis fabulis priscae veritatis vestigia nobis seruavit. Quū enim ex multa seruandarum rerum & memoriarum diligenter antiqui magis memoriis quàm libris freti fecerint vt fere totius antiquitatis vestigia perierint, nam paucissimi erant libri, vt res esset augustior, & paucis communes iisque sacerdotibus tantum, Diuina prouidentia fecit vt in stercore fabularum veritatis aurum delitesceret.

Nec enim ut præclare ait Aristoteles est vlla fabula quæ ex aliqua veritate olim ortum non duxerit. Positio veritatis & Plinii historia & Græcorum fabula oritur. Quod fuit aliquando Diluvium generale in quo præter paucos superstites totum genus humanum & animantium fuit consumptum, ita ut fuerit necesse totum genus hominum ab uno Deucalione & ab una Pyrrha reparari, & tandem ab ea familia eorum qui liberati sunt à Diluvio venere in Italiam, eiusmodi homines qui in nominis sui ratione memoriam diluvii conseruarent æternam, sunt Ombri vel Vmbri, quasi vmbrii. Hoc autem nomen est à Græcis loco Hebraici & veri suppositum. Gal enim ut notauere qui de hac re iam ample scripserunt fluctum significat, & aquarum copiā. Vnde Ombrii seu Vmbrii olim vocabantur Gallum vel Gallim impluuiati quos posteritas vocavit Gallos. Adaptata vero generalis Diluvii historia suo aut Attico aut Thesalico etiam nomina prisca ex interpretationis ratione iam peruersa transflumpserat. Nam Ianum ipsum Bifrontem alio sed Hebræo vocabulo nuncuparunt Ducalin siue Deucalian aut Deucalion, quod Duas voces sonat. Fuit enim Janus primus ille qui ita instituit orbem ut duæ semper linguae & traditiones in Rebus publicis essent. Solos enim ministros & qui per manus

sacra acceperant oportebat de Numine agere,
 & tam sancte conseruare ne vñquam in vulgus
 nomen illud Angeli custodis vnde loci nomen
 efflueret, quod à Mecubalim sapientibus He-
 bræorum fuit sanctissime seruatum. Alia lin-
 gua erat vñi reipubli communis. Inde Duca-
 lionis nomen. Vestam autem quam sacri inter-
 pretes Naomah vniuersi matrem, quæ igneam
 virtutem notabat, vnde nomen: nam in prima
 lingua וְ & אֵשׁ Es & Esta ignem notat ut in-
 ter alios multos Cicero notauit Græci voca-
 runt Pyrrham αἴσθητον πυρὸς seu ab ipso igne. Hoc
 est à prisca Hebraeorum sapientia. Nam aiunt
 in suis mysteriis Fœminam Generalem seu
 naturam fœmineam expiari debere per vac-
 cam pyrrham seu tuffam igneam aut subru-
 bram, eo quod naturæ humanæ infirmitas quā
 ab ipso matrum vtero vbi primum sanguis effi-
 citur contrahitur. Ideo donec illa natura repa-
 retur erat sanguine sacrato pro sanguine macu-
 lato litandum. Hæc autem omnia mysteria ac-
 ceperant à profetis Orfici Pytha-
 gorici Mythici, quæ post-
 ea suis fabulis con-
 spurcarunt
 poëtæ.

*Quomodo possint esse primi habitatores Italiae Umbri
& Eturi & Aborigines.*



VVM in vno genere non nisi vnum possit esse primum, poterit in quæstionem verti, qui fieri possit vt populi Italiae primi habitatores sint plures vnis: facile respondero quum de ratione nominis Italiae dixero. Quod enim hactenus prima nobilissima mundi regio quasi Vitalia aut Vitulia à vitulis dicta sit in qua omnium opum & gloriarum mundi aceruus fuit & est futurus; hoc vero parum probare possum. Iam supra docui omnia terrestria à geniorum Angelorum & cœlesti dispensatione esse constituta, & ea de re Noachum instituisse vt in toto terrarum orbe sacra summo Deo fierent, & Angeli singulorum locorum custodibus tanquam vnius Mentis aut spiritus generalis membris variis particulares ritus consecrarent. Quum itaque hominum profetarumque sapientissimus Noachus videret ratione Basilisci seu stellarum fixarum in toto cœlo principis in ipsam maxime Italiam in Occasu, & in Chaldaeam Babyloniam & Pœniciam in Oriente ubi præclarissima mundi imperia erant tunc futura incumbentes, facere vt cumulus aceriusue totius fœlicitatis mundi illuc adesset, statuit Adami loculis in

Syria sancta positis vnde omnes religiones mūdi relinquere spiritualem orientis aceruum qui ab Abrahamo ex Chaldæa in Syriam traducto est aggregatus in Generatione Christi, & in Italiā veniēs vocari ^{נָהָרָה} Atalia id est Aceruum diuinum voluit ob liberam frequentemque vocalium mutationem ex Atalia Italia facta est. Quum autem Iapetus esset eius primogenitus ut alibi abunde docuimus, ad cuius primogenitos totius orbis, sede in Italia fixa traducetur olim imperiū illud Hatal id est ipsum aceruum vocauit. Et ab ipso & à proprietate Ataliam dicta est. Quum autem ad perfectam Reipub. constitutionem opus sit sacro pontificioue & Regio ciuilie Magistratu & populi obscuri multitudine (nam reges olim iudicabant ipsis, quum paruae essent prouinciae & scelera rara) apud Eturios instituit sacrorum Razi Hinuorum ordinem, apud Vmbros principatum Gomeritarum primogenitorum Iapeti, quum Hatalus ad occupandas Africæ occiduas sedes se contulisset, vnde Attalanticum nomen, in parte autem Transtyberina Aborigines constituit quorū scire genus nil interesset. Ita enim sunt di & ti, non quod essent Autochthones indigenæue & terræ filii aut qui origine carerent, sed quum essent aut ad regendum inepti aut de stirpe Chamæsemii cui maledixerat Deus per Noachum

& seruitiis Iapeti Semique māciparat, di&t;ti sunt infames & sine origine. Nil enim tam diligenter curabant antiqui quām vt matrimonia sancta seruarentur, & geneses in diariis eorum scriberentur qui Reipubl. regendæ idonei esse viderentur, quod inter Iudæos donec natus sit Messias pontifex maximus semper est factitatum: sic sunt primi Eturi seu Eturitisci eo quod non licebat tunc sine informatione religiosa multis annis apud Eturios facta, iuuentutem literarum morumque capacem domi retinere. Ideo apud Razi Hinuos id est sacros fœcundatores solebant omnes formari. Hinc quum res in maiorem deuenisset multitudinem singulis ex duodecim tribubus Eturiorum seni primariæ nobilitatis adolescentes informandi dabantur mysteriose ad religionis Romanæ conseruationem: sic erant 72. Iuuenes principes, de quibus postea in religione dicam, educati sanctissime, ne religio ad sordes traducta cogeretur ob paupertatem mentiri. Vimbri sunt ab illis Gallis fluctuatise hominibus qui Diluuio fuerant superstites. Hinc Gomeritarum genus. Populus Aboriginū sub Vestalibus in parte fœminea exeuntis Tyberis et ant cum Came senuis & Sabathio pontifice externo. De his Razi Hinuis religionisue secretæ disseminatoribus & naturæ humanæ instituendæ præfectis, quale

quale erat olim Christianorum monachorum genus agit inter multos fide dignissimus Dionysius Halicarnasseus in Romana historia. De Vmbris vniuersi, de Aboriginibus nullus non tractauit. Sed à mendaciis Græcorum cohibendis temperare non valeo in hac Aborigine gentis origine.

Unde reuera Aborigines dicti sint.

V V M primum vna in eadem Regione illud triplex hominum genus fuerit in Atalia, videndum est etiam unde primo nomen habuerit hæc Aborigine natio. In aurei seculi institutionibus hæc erat prima & in omnium animis scripta lex, Quod quisquis ordinibus primogenituræ legitimè imperantis desciscendo obueniret, imperiumue in conciues moliretur, ille tanta laboraret infamia vti patriæ proditor, dignusque omnino iudicaretur qui veluti nullus in repub. esset maiorumque suorum à quibus degenerarat nomine spoliaretur, cuius opinionis adhuc extabant magna in Romanis vestigia quando Raudusculæ portæ ob deuitatum imperium fuit nomen impositum, & quum Picus præsente senatu est disceptus, qui auguratus erat aut familie vnius aut Reipubl. successum. inde enim & op-

K

nione sæculis crescente & succedentibus legibus factum est, vt quisquis sponte dominacionem inuasisset hostis reipubl. & perduellionis reus iudicaretur. Ita enim erat constitutum ut quem Deus Naturaque in ordine imperandi posuisset, ille sic formaretur ut imperio dignissimus haberetur. Si vero iuste imperandi limites videretur ex ingenii ferocia transgressurus, aut ubi fuisset in imperio ille statim suis spoliaretur originibus, quæ est in omnium animis posita constitutio. Aureum porro sæculum tamdiu in innocentia sua sineulla dominandi libidine durauit, quamdiu acceptæ ob tyrannides clades Diluuianæ memoria fuit conseruata: illuies enim aquarum generalium non usque adeo ob id cœlitus est demissa. Quod omnis caro per libidines confusa viam suam corrupisset ut verbis sacrorum utar, quam quia perditissimi tyranni ad quorum exemplum totus raptabatur orbis inque scelus per exempla ruebat, vocari volebant filii Dei, & esse ob id Diuina origine quodd vniuersos opprimerent, Nam vocari in toto terrarum orbe filii Dei gloriabantur cæteros autem quos opprimebant homines filios hominum, per vocis abiectionem vocabant. Fuit hæc indignitas totis centum annis in toto terrarum orbe assidue ob Diluuuii calamitatem iam ingruentem & cœlitus decretam,

decantata: remediumque propositum, vt si vel-
lent illi ad misericordiā Deum flectere non tan-
tum filii Dei sed etiam humani generis in quod
insurgerent, omnino refugerent vocabulum &
Aborigines fierent. Vt enim videmus eos qui
legem vbiuis suis sceleribus occiderunt, adni-
hilari in republ. & à suorum omnino nomi-
ne excidi suisque quantumuis antiquis priua-
ri stemmatibus, sic opus erat vt tantum in se
illi belli filii Dei descenderent, vt seipso indi-
gnos nomine humanitatis & terræ filios asse-
rerent, quod quia factum non est Diluuie peri-
ere. Prima hæc lex postdiluuiana erat, vt qui
humanitatem violaret ab eius gradu excideret,
quod ne fieret aurei seculi homines alieno re-
centique periculo edocti tantum timebant vt
in officio continerentur. Qui dominationem
temporalem expeterent inter Vmbros pe-
nes quos erat ius regni, illi fiebant sensim abo-
rigines interque populares exauthorati detru-
debantur. Nam apud Razi Hinuos ob sum-
mam frugalitatem & vietus parsimoniam, non
erat ambitioni locus, sicut nec inter nostra-
tes sacrificos quandiu continentia humilitate
abiectione laboribus inedia sanguine vita famæ
que præsenti dispendio veram promouere pie-
tatem elaborarunt. Iam vero antequam ex Eturia

Asiae in Europam veniretur maxima collusio
nes Aboriginum in oriente fuit. Totum enim
genus Chami siue Chamesis aut Camesenii eo
quod priscæ fraudis vestigia in nouum introdu-
xerat orbem , & reuerentia minori quam par-
eset in parentem & suum & vniuersi commis-
set fuerat seruituti fratum per paternam im-
precationem additus , & per seruitutem capite
minutus , & inter Aborigines reductus . Vnde
vna cum ipsis Atalicis seu Iapetitis & Noachi-
tis multi conuenerant Aborigines seu Chamitæ , quibus tanquam colonis & seruis publicis
data est pars montium & sinistra fluminis . Vn-
de Cato in Fragmentis originum ait suffragante
Solino Plinio Catone & quisquis verius de Ita-
lia scripsit Aborigines , qui à Tyberi ad Sar-
num habitarunt prolem esse Vmbrorum quo-
rum vrbs vetustissima est Chamesena aut Ca-
merena , Camerinum hodie vocant , quæ ab
authore Aboriginum primo nomen habet .
Quod autem tam anxie aliqui prisca vocabu-
la quæ latina sunt ad linguæ priscæ etymon
detorquent , non placet . Nam sensim à san-
cta lingua deflectentes cæteræ per confusio-
nis Tyrannicæ pœnam , sua etiam habere de-
bent vocabula origines rationes . Originis
vox à luce quam primum in suo ortures or-
tæ concipiunt dicitur τὸν or autem in lin-

gua sancta lux est. Inde origo, ortus, orior, aurum, aura & quæ ab his descendunt deducta sunt. Nomen illud Aborigineum non fuit prius tractum in inuidiam quam incipiente ducentis post illuuiem annis Tyrannidum violentia aureum seculum euanescere coepit. Licet enim circa centesimum & tricesimum post diluuium annum in turri Babylonica conuenerint Gygantei generis antesignani ut diuinæ obfistere potentiae tentarent, non tamen in vicinos statim est sœvitum. Chameles corruptelæ antediluianæ author sciens sedem Hataliæ esse præstantissimā cum magna Aborigineum suorum videlicet filiorum & nepotum turba irrupit in Italiam & inficere prisco sceleto incœpit quotquot habuit obuios donec pater vniuersi rediens illum compescuit, fecitque ut probrosum nomen eorum Aborigineum esset qui illi consensissent. Qui itaque resipuerant ex priscis Aborigineibus (nam poena illa in resipiscientiam tantum & non in infamiam dabatur vti in Christianismo prisca excommunicatio inter Romanos exauthoratio) sunt in suum genus repositi, nefarii segregati. Sed tamen fieri non potuit quin sensim genus adulterinum in suam ambitionem non repedauerit fauoreque suorum genitorum usque ad authoritatem tyrrannidis occupatae venerit, vnde Cæsarum na-

men. Vana itaque & excogitata Græcanica fabula est, qua volunt non tantum totius Græciae stupidissimos Arcadas parum à belluis differentes dedisse Italiam suos Aborigines, sed inter illos volunt fuisse non humaniores sed astiores & in montibus Arcadicis affuctos. O fœlicem tali origine Italiam. Sed ne deesset fabulæ fides aiunt fuisse oेorum ducem Oenotrium illum videlicet sanctorum sanctissimum sapientumque sapientissimum à quo totus orbis trahit originem. Non est quidem negandum quin multi admodum fuerint Iani, Oenotrii, Iapeti, Atali, & similium nominum claritate tecti insignes eo seculo, sicuti inter Iudeos, Moses, Iudas, Iacobos inter Ismaelitas Muhamedes Mustafas Habdallas, inter Christianos nostrorum sanctorum nominibus claros videmus, vnde historiarum difficultas. Sed quum tempora nullo modo patiantur illam Græcam fabulam sua veritate frui, ut in Ioannis Annii commentariis videri potest, in merum mendacium censeo reponendum. De Aboriginibus qui tempore Aeneæ fuere crediderim quidem à montibus quos securitatis gratia ob pyratas inhabitarent potuisse nomen à Græca mereri etymologia. Mons enim ὄγος ideo Græcè dicitur, quod ea pars terræ ob eminentiam sit prima & ultima τελεῖω id est

ipſius lucis particeps. Quum autem eſſent con-
nexæ hæ tres generationes in Etruriæ finibus &
mari vſq. ad montes, & pars reproba oppoſue-
rit Saturniam à ſecūdo Saturno dictam iſpi An-
tipoli & toti Etruriæ, neceſſe fuit diſtinguere &
originis dediſſe rationes.

*Quæ eſſet in Etruria Razi Hinuorum fa-
cultas authoritasque.*

 VLTIS quidem admodum de cau-
ſis factū eſt vt Deucalionis ſive dui
calianis nomen habuerit Ianus, cuius
voceſ p̄eclarissimam à p̄iſciſ ſe-
culiſ in ſua retraxit Græcia, Nam quòd duo-
rum ſæculorum recitaret historias quas vide-
rat, quòd ritu ſacrorum & ciuili institueret,
quòd ſacro profanoque p̄aſcriberet magistra-
tui, quòd ſecreta communiaque traderet,
quòd de coeleſtium vti & de terreſtrium ſcien-
tia tractaret, quòd lingua ſecreta myſticaque &
communi vulgarique pro ingenii ratione ſuos
informaret, & ſimilia huiusmodi vnde bifron-
tiſ meruit ſtatuum, ſicut & nomen, tamen cer-
tissimum eſt nullo alio nomine, quām quia pri-
mum vires ingenii informando potentiffime
informari curaret, & demum vires corporis
exerceri, vt comparatis vtriusque in homine na-
turæ viribus ne ſpiritus vñquam extingueren-

tur, videret tandem ut quisque præstanti & ingenii & virium ornamento nasceretur præstantissimo etiam modo educaretur, & si non posset inter sacros principes, inter profanos locū haberet, aut saltem inter Aborigines minime malus esset. Falluntur vero totoque errāt cœlo qui putant ea secula summa doctrinarum præcipuarum cognitione caruisse. Præcipuae vero & à nostro vsu remotissime disciplinæ sunt de rebus sacris & de Cœlestibus, deque euentibus rerum inde eductis, quod soli inter Orientales Profetæ & Magi potuerunt, in qua parte quantum excelluerit Razi Hinuorum parens factis & delectis locis ostendit. De profetia siue certissima rerum diuinarum intelligentia satis patet ex hoc quod unus tāta familiaritate substantiarum separatarum pollebat vt ad eius arbitrium sponte omnia genera animātium vt cum eo saluarentur eorum species, cogerentur. Certitudo etiam aderat homini rerum diuinarum tam præsens vt solus sibi aptauerit Arcam nauigiumue in salutem. Ad hanc vero diem videamus quām prudens in cœli effectibus comprehendendis fuerit, quum in toto terrarum orbe post Ierusalem in Syria vnde duces religionis, nulla in toto orbe habitatio celebrior maior potentiorue fuerit quām quæ media fuit in Italia. Quum itaque sit primum præstantissimumque

mumque optimi patris patriæ & veri principis studium , vt nullum individuum eorum pro quibus conditus mundus est negligatur. Nam nullus tam infœlici sorte nascitur homo quin cultu pos sit utilissimum Reipub. fieri membrum. Altera pars studii erat vt ipsum Reipubl. corpus assidue religionum moueretur arbitrio , & à Dei timore inciperent omnia moueri. Quos itaque instituit suarum doctrinarum alumnos, primum vita integerrima incorruptaque esse voluit, vt penes quos sacras traditiones in usum posteritatis deponeret , iussisque vt in arcanis ita haberent sacras præscriptiones, vt nemo nisi initiatu s inter eos, & ad id iam aptus vt posset velletque quasi noua generatione homines reficere & denuo generare , vnde nomen habebant, secretioribus mysticisque imbueretur doctrinis. Hoc enim inter priscæ prudentiæ professores erat constitutum , vt populari institutioni & legibus esset peculiaris doctrina quæ omnibus esset communis , cæterum inter ipsos sapientiæ alumnos esset secretior quædā & ab usu vulgarium remotissima à qua vis Predicti num Magiæ & Diuinioris sapientiæ pendebat. Sic fuit olim apud Druidas Vmbrorū seu Gallorum sapientiæ conservatores . Sic & apud Brähmanes qui ab illegitimis Abrahami filiis in tota India nomen & sapientiam sparserunt,

quorū hodie in Brahminis sacerdotibus Indiæ supersunt imitatores, qui quum populares permittant in falso cultu agere, tamen ipsi inter se secretiores habent Magiæ disciplinas. Inde in Aegypto fuere literæ communes & Hieroglyphicæ. Apud Hebræos sic fuit usitatum interpretationis genus ut altissimis referta mysteriis non nisi ore in aures transfunderetur discipuli quādiu res eorum floruerunt. Paulo post in unum volumen quod ad manus nostras peruenit secreta illa disciplina, quam eo quod recipiatur auditu & non lectione Cabalam vocarunt, sumum genus sapientiæ diuinæ. Razi Hinui id est secreti propagatores ea de re dicti sunt. Licit enim instituendæ præsens iuuentuti & principum potissimum ut ait Cicero liberos in religionis Romanæ conseruationem instituerent, tamen scientia secretior Euocandorum geniorum alligandorumque prodigiorum & signorum cœlestium interpretandorum, quæ scientia omnino nostro desideratur seculo, sibi vnis solisque seruabant. Sunt autem illi ipsi Razi Hinui iidē qui & Etrusci seu Eturi Tusci ut quod Cicero & cæteri humanitatis authores ipsis Eturituscis Eturiæue sacerdotibus adscribunt illud ipsum sit Razi Hinuorū. Verum à prisco vocabulo quod nobis instauratum reliquit Haliornasseus posteritas sensim deflexit & pro

Razi Hinuis Etruscos vocavit. Eturitisci enim siue Etrusci sunt Eturiæ Tuscii id est sacrifices conseruatores.

Quo modo posset constare quod Ianus insticuerit Razi Hinuos & sint ipsis cum Eturitiscis, Quum Etrusci à Tagete se accepisse suas doctrinas affirment.

ON immerito scriptum reliquerūt nostri maiores, Quod veritas à quocunque dicatur à Deo spirituue sancto est. Vnus enim est veritatis fons. Hinc venit illatio, Quod si veritas à quocunque dicatur à spiritu sancto est, ergo veritas à quocunque dicta consideranda & recipienda est. Vnde nostræ doctrinæ antesignanus Paulus vobis ostendere, & si particularis Deo fuerit de populo Hebræo, & secundum illum de Christiano cura, tamen vbiuis gentium quantauis falsitate obrutorum fecit ut magistratum ordinatio ita à Deo esse crederetur, ut nō tantum illi in iis qui veritati non obsunt omnino tanquam Dei ministris obediretur, sed etiam ut summus verusque Hebræorum & Christianorum Deus oraretur, ut omnes illi qui vbiuis gentium sunt in dignitate constituti tranquillam & diuturnā vitam agerent. Sic igitur videtur vbiuis gentium & magistratus, & veritas fuisse à

Deo. Quare non tantum sunt discutiendæ illæ institutiones quas à populo Hebræo habemus, sed etiam quæ singulis in locis & maxime Romæ occiduæ fecit Deus ut concederentur. Hoc mihi assumptū volo, eo quod non dubito quod statim hic exclamaturos, me à sacris ad fabulas priscasue fictiones conuolare, velle priscā superstitionem instaurare. Evidem quū Deus fecerit ut supersint authores humanitatis, quibus fidem omnino eleuare non debemus, qui nobis priscarum institutionum memorias reliquerint, entendum omnino est ut dispulsi te-nebris clarissime quid à sanctissimis Noachi præceptis seculique aurei vita pro qua Deus mundum condiderat ipsum genus humanum abduxerit, ut possimus ad id repedare quod Deus semel instituit & voluit. Nam est omnino necessarium ut profetia Lemechide filio suo Noacho locum in vniuersum quantum Deus voluit habeat, ut sub eius instituto restituantur omnia. Sic habet: Hic enim consolabitur nos ab operibus nostris & ab afflictione manuum nostrarum, quas habemus à terra cui maledixit Deus. Ex vñ diuinæ voluntatis & huius profetiæ totus orbis in votis Aureum seculum habet, quod frustra appeti non potest. Hæc præmissa volui ut elaborent vna mecum humanitatis amatores ipsius aurei sæculi viuiradices ex-

quirere. Vnus supra omnium hominum memoriam fuit Etruriæ populus , cui post Deum verum fuit semper primus deorum Janus Bifrons , Quadrifrons, Dodecabomus,cuius tamen manes ad Tyberim & iuxta Ianiculum montem magis incubuerunt , & sicut in sanctis Christianismi & Iudaismi hominibus, crebris miraculis adfuit inuocantibus . Credemus enim negatum hominum sanctissimo quod Eliæ pallio , quod Elisei cadaueri , quod ipsi maleficæ Pythonisse , quod Paulo, quod Agathæ & innumeris post mortem contigit , vt sponte aut euocati spiritus non ad sint inuocantibus ? Nonne idem est Deus Noachi & Christianorum ? Nonne æquè membrum Christi fuit vt & Paulus qui capite cæsus præsens Neroni in spiritu adfuit seque instar corporis ostendit ? Sacros ille ritus præsens instituerat Razi hinuis ob negligentiam pessum ibat religio , & nomen pene & sacerdotes priscos amiserat . Adfuit in spectro Tages puer senex . Ut ut res habeat: Tages aut exaratus puer aut Tages Maloc author huius Etruscæ disciplinæ legitur. Sed cōcedēt sensibiles genios Socrati & Bruto, ipsi autē negabūt Etruriæ substantiā separatam quæ bonum reipu.curaret. Non hic adferam Angelos Abrahami Lothi Israëlis & Manoach , non exercitum illum quem Elizeus

puero ostendit quia in sacris sunt, mediis in annalibus apud innumeros scriptores sed maxime apud Obsequentem Iulium de Prodigis commōstrabo frequentissime visas fuisse armatorum & inermium acies & in aëre & in terra vsque adeo ut ipsæ herbæ & virgulta atteri & comminui eorum pedibus visa sint. Forsan fuit hoc difficilis in Etruria Deo quam alibi terrarum. At qui spiritus aut spectra non emergunt ex terra. Imo tota vis Pythicæ Vaticinationis ab ipsa terra profluxisse legitur. Terra est veluti generalis materia totius corporeæ naturæ de qua & si sunt inuisibiles tamen assidue formæ innumeræ (præter eas quæ sunt animarum in animantibus) educuntur, Laresque & Genii dicuntur. Sunt hi Dæmones terrestres boni beneficique quibus non tantum Pythagorici sed & Moses ipse in sacris suas partes deferri voluit. Ad eam enim rem mittebatur hircus alter in Desertum ad Azazel genium terrestrem à quo caro rebellandi vim habet ut in secretiori interpretatione sacrorum videre licet. Genius itaque Eturiæ cui ut iungeretur Janus eo venit instar pueri adfuit, seu ex aratri sulco, seu ex Antro, seu ex via nil refert, semper enim quæreretur cur non aliunde? & ut res esset commendabilius instar sapientissimi viroloquutus puer fecit ut sacra scriberetur disci-

plina, quam postea Malot seu Maloc Tages Razi Hinuus locupletauit. Sed magis mirabuntur quod ex prodigiorum interpretatione, ex Aruspicina extispicinaue & huiuscemodi sacram fecerim disciplinam. Varia quidem certe genera suæ voluntatis cognoscendæ hominesque per religionem in officio retinendi Deus dedit mortalibus. Sed ad hoc ut omnino gloria in eum referatur. Derelictus est ubi quis gentium Deus. Malus dæmon in eius locum successit. Sed res ipsæ quæ de mediorum genere sunt poterant tanto magis in Dei laudem conuerti, quanto sunt maiori sapientiæ coniunctæ. Nulla res magis ad timorem Dei incitat quam vera cuiuspiam euentus prædictio. Somnia sunt malefida. Tamen bona pars religionis à synceris sanctorum somniis pendet. Quid sortibus vanius? Tamen principes in nostra religione viri sortibus diuinæ voluntatis ostendere signum in numero apostolico complendo. Nomine omnibus gentibus ipsa fuit Magia in odio. atqui Magi prius ex cœlis quam Iudei ex scripturis cognouere Christum. Ipsa itaque prodigiorum interpretatio modo gloria Deo reddatur erat præstantissima scientia mundi. Prodigia enim & ostenta sunt cœli & geniorum apotelesmata per quæ summi Dei voluntas signo sensibili sciebatur,

& tam magna erat in bonis viris quanta visa fuit
in Accio Nauio. Præsens igitur votis aderat
Noachus cum patriæ genio qui Tagiss. ~~vix~~ id
est Apicis summæ Coronæ homo est dictus.
Apexem in Tag. dicitur. Chaldæa & Persica
lingua  coronam sceptrum & principis insi-
gne sonat. Vnus itaque idemque populus Etru-
riæ semper fuit, cui vnum Janus fuit deorum
summus, fuit & vnum sacrificum in Razi Hi-
nus & Ethruscis ordo. Quare eandem à Ja-
no & à Tagesso opus est fuisse instauratam di-
sciplinam, ut tanto magis coleretur Deus sum-
mus quanto præsentior eius maiestas adesse vi-
deretur in Disciplina difficillima per suos inter-
pretes enucleanda.

*Quod in gloria posuit Moses & Solomon, in scientia
Orientalium & Aegyptiorum excelluisse, multo uero
magis Noachus.*

Vpra illas quæ in usu vulgari sunt
positæ quasque liberales vocant tres
apud priscos fuere disciplinæ. Vna
supracœlestium rerum quæ facra di-
citur cuius finis esse debet ut moribus singuli
homines sint conformes Deo. Altera est Cœ-
lestium id est effectuum illorum qui assidue à
cœlo ob diuersos motus pendent, cuius maxi-
mus

mus usus est in præcauendis illis calamitatibus & mutationibus quæ reipubl. imminent. Tertia est in consyderatione rerum sub cœlo positarum, quæ quum infinita prænotionis habeat genera nullum tamien vñquam prius habuit, quām vt ibi motus spiritus naturalis respiceret, id est in corde & extis vbi spiritus est materiæ coniunctissimus. Hæc ad prodigiorum natum interpretandam olim fuit summè culta. Quum enim summo Deo animalia ipsa viua mundaque sacrificaret Noachus etiam ad eius Dei honorem rimabatur exta. Primum genus disciplinæ est reuera Hebræorum vnde & nostra profluxere. Alterum est Abrahmanum & filiorum orientis vt sacra dicunt. Tertium proprium fuit Aegyptiorum. Veri Magi ex tribus generibus decerpebant quartum. Quòd si Moses legislator in orientalium Aegyptiorumque disciplina excelluit, vt ipsi testantur Hebræi, Solomon autem Rex sapientissimus suam inde auxit sapientiam vitione dabitur Noacho Mundi instauratori quòd aliis in lege Dei fuit laudabile? Potuerat quidem ipse princeps Profetarum Magorum & sapiētum Ianus easdem Etruriæ traditiones de sacris quæ sub Mose Canonicas duce decalogo cœlitus petito factæ sunt, suis reuelasse Razi Hinuis sicut externos cultus ad legis instar institui voluit, vt suo loco monstra

bimus , sed quum sciret ad loca sacra ipsi Adamo in Syria debere autoritatem Diuinæ religionis vbi olim Mens mentium Christus ea de re veniret in propria , referri , non debuit ultra sensibile palpabileque disciplinæ diuinæ genus suis tradere . Res enim etiam sacrosanctissimæ ipso vsu vilescant , & sensim suos cultores in hypocrisim labi sinunt , ita ut nec corruptæ disciplinæ instaurationem admittant , nec se à sua dimoueri consuetudine patientur . Sat itaque habuit illis quos sciebat ab hoc genere sensibili sacrorum in verum & Diuinum olim transituros (leo enim ipsi cedet arieti) ea dedisse cum lege seu testamento æterno , quæ aliquando à corporalibus ad spiritualia transi- rent . Quando vnum mundi Brachium temporale in iure Iapeti Ataliue in ipsa Italia fuerit fixum , alterum autem spirituale . Ierosolymis fuerit ab eadem potentia confirmatum ut ibi spirituale à corporali pascatur alatur & conseruetur vbi Christus ad hanc rem in propria - venit , vbi autem in petro venit iterum cru- cifigi spiritualiter generalis poten- tia mundi conseruetur se- cundum iura ab ipso Noacho insti- tuta ..

*Quòd Prisca Romanorum religio or-
tum ab Etruscis habuerit.*

Ti si nostrates tam ob cultus verioris rationem quàm ob falsi cultus vbi uis gentium sparsi cognitionem, nec enim aliud fuisse credūt multi quàm quod viderunt, putant nulla vnquam verioris religionis fuisse principia, tamen si ex æquitate & veritate magis quàm ex affectu res ipsas perpendere voluerint, inuenient tanto præclariores sanctioresque olim fuisse veri cultus Institutiones, quanto postea in deteriores effectus degenerarunt. Et ex huius axiomatis ratione fatebūtur Romæ vbi fuit totius idololatriæ asy ion fuisse olim præclarissimam rerum Diuinarum institutionem. Antequā enim pseudothrescia in orbem irrep̄sisset, licet fidelibus iam post circumcisum Abrahamū (qui 50. post Noachi mortē anno circūcisionem accepit) matrimonia gentiū essent prohibita, tamē Iosefus in Aegypto sanctissimos liberos suscepit ex sacerdotis Eliopoleos filia. Moses similiter ex Zippora filia sacerdotis Madianitarū qui sunt Arabes & Ismaēlitæ suscepit liberos ministros tabernaculi sancti. Tūc enim vbiuis gētiū fere adhuc colebatur proprius regionum Genius vel angelus. Cananæi soli, progenies maledicti Chami,

in Syria occuparant sacras possessiones , idolatriaque infecerant , ne summae intelligentiae mundi quæ ibi incumbit sacra facerent. Romæ igitur quæ pridem antequam illam Romulus Remusque instaurarent erat in Antipoli & Saturnia Noachus sategit perfectissimum instituere cultum . Sicut enim in Syria seu terra sancta prima intelligentiarum mouentium ut in finem colitur , sic Romæ voluit ut prima mouentium ut in locum & cœlo affixarum coleretur . Nec abhorret hoc à veritate catholica . Censent enim insignes veræ pietatis interpres quod colere Angelos , & si constitutum esset animata esse sydera colere earum spiritus modo summa laus Deo seruaretur summa pietas esset . Nam angeli à sanctis viris culti leguntur . Præterquam quod vero est sanctissimum credere ut sanctissimus ubiuis gentium nedum Romæ ad suos manes sanctissimum instituit cultum , duobus argumentis videtur omnino ab Etruscis emanasse religiosus ritus Romanorum . Quum enim esset apud eos qui euocandorum geniorum & fulminum arte singulari pollebant , periculosisssimum & locum & nomen indicare ubi ratione miraculi vrbis fundamenta iacere vellent , tamen inuento capite humano ubi postea Capitolium constitutum est pro vrbis arce , opus fuit adiri Vatem Etru-

Scum qui precationibus locum muniret , geniumque suæ alligaret glebæ vnde Romana ad hanc diem felicitas . Certe inter Saturnitas & Aborigines qui à Tyberi ad Sarnum agebant non poterat deesse vates , sed summa sacrorum Authoritas ab Etruscis dependebat vt hodie orbis à Leonina . Confirmatur id argumenti ex eo quod scribit primo de Diuinatione Cic . Quumque magna vis , ait , videretur esse & in impetrandis consilendisque rebus , & in monstris interpretandis ac procurandis in Auruspicum disciplina , omnem hanc ex Etruria scientiam adhibebant &c. Alterum vero argumentum inde deductum est ex his eiusdem scriptoris verbis ab eodem libro desumptis . In Syria , ait , Chaldæi cognitione astrorum solertiaque ingeniorum antecellunt . Etruria autem de cœlo tacta scientissime animaduer-
 tit , eademque interpretatur quid quibusque ostendatur monstros atque portentis , Quocirca bene apud maiores nostros senatus , tum quum florebat imperium , decreuit , vt de principum filiis sex singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur , ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis authoritate abduceretur ad mercedem & quæstum . Non est dubium quum summa religionis authoritas es-
 set in Prodigiorum interpretatione , adhoc

fuisse assidue educatos illos duos & septuaginta iuuenes principes vt Etruscis imbuti præceptionibus Rempublicam suam quum occurreret occasio regerent. Summos pontifices habebat Roma & reges sacrificulos sed Etruria habebat qui illis præscriberent vti Moses supra Aharon in sacris fuisse legitur.

Unde primo emersit falsus inter Romanos cultus.



V M M A inter optimos aurei seculi homines contemplatio rerum & Diuinorum & cœlestium & humanarū fecit, vt pro rerum variis cognitionibus conſyderationibusque vni & eidem rei varia applicarent nomina, quod fuit in sacris etiā literis vſitatum vt in nominum impositione & mutatione crebra videre licet. Sensim autem posteritas in ferrea terreaque aut fidilia tendens secula omnino rerum cœlestium oblita putauit esse diuersissima quæ eadem erant. Accessit impiorum & perditionum hominum tyrrannis. Quo enim effent scelere contaminatores eo magis in præclarissimos sanctorum titulos inuolare sategebant, adeo vt impurissimus mortalium Iupiter non erubuerit sibi sacroſanctum nomen Dei Iouah vendicare. Successit

post eas tenebras Græca fabulositas ,quæ vt vi-
dereturibus omnibus dare origines , curauit
antiqua abolere verae extreminare ut fabu-
las originibus assereret. Ad illud usque tempus
quo nugari cœpit Græcia , tanta librorum erat
paucitas vt fere tota vetus religionis tractatio
intercidisset. Quamdiu enim cultus veri Dei &
suæ intelligentiæ durauit magis animis & me-
moria moribusque quæm libris & doctrinis ser-
uatus est. Ad hæc ubi viderunt Etrusci Latinos
Romanosque falsitatis Græcæ accepisse com-
mercium,cœperunt etiam Latinas literas exhor-
rere , ita vt vix septingentesimo urbis anno eas
admiserint vna cum Imperio.

Quam multis nominibus Ianus sit uocatus.



RAE TER nomina humanitatis quæ
sunt Nochus seu Noachus, Ianus,
Ogytes, Deucalin, Proteus, Ver-
tumnus, Gallus , pater parenſue ho-
minum , ratione diuini & ſuper omnes homi-
nes qui poſtea fuerunt ſummi ingenii ſpiritus
& mentis dictus eſt Deus , Deorum genitor &
pater , Olympus ſeu holamaba, Arsah, Cœlum
Sol , Chaos , ſemen mundi , anima mundi , mo-
tor cœlorum & vniuersitatis , & ob ſepulturam
Saturnus , ob præſentem diuinitatem Iehouis

aut Iehouas, sceptri regnumque author, clavis
viger cœli, sages, Oenotrius & innumeris aliis
nominibus pro arbitrio hominum confectis,
cuius rei exemplum facile in dicatis D. Virgi-
ni matri templis videmus. In Hispania enim
eadem est Guadalupensis Monserratensis &c.
In Gallia Roccamadaurensis, Aquisgranensis
&c. In Italia præter cætera loca Lauretana à lo-
cis ipsis nuncupata. Sic & innumeris ob innu-
mera beneficia mortalibus collata aut ma-
la auetruncata ; nominibus dicitur merito.
Christus : Quæ vero nobis est hodie licen-
tia trahiendi saera in allegoriam ad Christi (qui
mens mentium est, & Deus de Deo) gloriam
eadem olim inter aurei seculi homines erat.
Nochus autem Noachus dicebatur quod eius
Institutionibus formatus aliquando mundus
quietem & consolationem in hac vita destru-
cta terræ maledictione consequeretur, quod
& si in aureo contigit seculo, tamen repetito
principio duret semper & quamdiu mundus
durabit necesse est, quod semel Deus in æter-
num esse voluit. Nominis Iani rationem su-
pra exposui. Ogýtis pariter sic & Deucalio-
nis eo enim est dictus quod duplici semper ra-
tione omnia instar formæ & materiæ diceret
curaretque. Prótei vox Græca est quæ prima-
rium significat. Sicut enim ex Valentia Rho-
mam

nam fecere putantes se secretius prodere nomen, sic de primo hominum fecere ut fabulis seruiret. Vertumnū Latini à vertendo ideo dixerat quod in omnes formas, ut omnibus omnia fieret se conuertebat. Sed quum peritissimi intelligentiarum separatarum scirent in summo gradu illi extrinsecus adfuisse eam mentis uniuersalis & spiritus generalis partem quae summa esset, & instar omnium, & omnia sub Deo in rerum Naturis administraret, eo quod in omnes formas, hominem verum verteret, nomine meruit. Quod Gallus sit dictus ex primogenitura eius vocabulo potest cognosci. Eius enim primogenitus fuit Iapetus cuius rursum primogenitus fuit Gomerus primo post diluvium natus. Iosefus autem ait eos qui suo seculo Galli seu Galathæ nominabantur olim vocatos fuisse Gomeritas quos Gomer instituit. Berosus autem affirmat in ipsa Umbria eos qui erant ex posteritate Gomeri aucto nomine vocatos fuisse à Ianō Gallos. Quod si deprecemur viri auctoritatem audiamus Romanos & in primis Catonē qui sic ait. Venisse ex illis qui diluvio superstites fuerant ab Armenia Ianum in Italiam cum Gallis progenitoribus Vmbrorum &c. Quare auctum nomen eorum qui fuerunt diluvio superstites est Gallus, fluctibus uele eruptus, quod auctum nomen soli Gomeritarum familiæ voluit

dari . Quàm merito vero parens hominum sit
dictus Gallus satis constat . Ratione autem di-
uinitatis dictus est Deus ob conformitatē cum
Mente prima . Nam in sacris & A ngeli & iudi-
ces & sacerdotes & fideles dii dicuntur , & filii
excelsi omnes . Vt enim Aristoteles bene dixit
ad Theologum seu metaphysicum spectare , vt
de primo motore qui omnino immobilis est &
immotus , tractet , ita prisci Theologi vt & filo-
sofi nouerant illam Mentem quæ extrinsecus in
omnes aduenit homines , Quæ est vnitas creata
apud Boëtium , sapientia creata apud Petrum
Lombardū , fons idearum mensue mundi apud
Platonem , intellectus generalis omnium homi-
num aëtu semper intelligens , apud Plotinum ,
mundi anima Pythagoricis , Mens Messiae pri-
scis Hebræorū Theologis in summa illa est cau-
sa quam Aristoteles assignat sub illo immoto
immobilique principio , Quæ assidue moueat
& moueat , quæ alioqui generalis animorum
fons , nomine Mahad apud Arabas dicitur , cui
forsitan posset intellectus generalis ipsius Aben
Reissi quadrare . Hanc enim naturam Pythago-
ras à profetis & Abrahamibus didicerat . Quū
autem omnes homines immortalitatis Diqini-
tatisq. seminarium ab ea natura quæ consubstan-
tialiter est immoto immobilique Deo vnta
Deusque est , recipiant , sanctissimi olim homi-

nes non immerito Deorum vocabantur nomine à posteris , sicuti sanctos hodie quia Deus eorum sanctus est, dicimus. Modo enim res intelligatur nil interest, vtrum primæ mentis membra voces sanctos aut deos , quum sacra nos omnes deos vocent. peticulum tantum in abusu non in re ipsa esse sanctitate insignes ex ipso Nati fecerunt ut deorum pater diceretut. Olympus ὄλυμπος autem seu holamaba cœlum & seculum venturū, quod male olybama legunt , dictus est quod animæ cœli sive intelligentiarum mouentium vt in locum præstantissima & cum qua est seculi futuri fœlicitas, deoque unita, sum in opere illum inhabitaret . Illam partem quam nuper dixi vocant intellectum agentem qui mouet vt infinitem , & causat habitus. Hanc autem intellectum possibile Materiæ ducem. ARS A pro Sole ponunt. Est enim luminis princeps lingua sancta & Persica. Cœlum & Sol voce non significatione differunt à præcedentibus. Chaos dictus est, eo quod veluti in una massa totius Naturæ vniuersitas ab eius industria in præsens esse venit, & quod veluti in primario cæcoque & latenti Naturæ motu ipsa sola Natura conscientia omnia delituerunt & demum præsentem hausere lucem, sic omnia accepta ferre debemus vni omnium instauratori Noacho. Desemine mundi pars estratio. Animam mundi ideo vocabant,

quod sese in illum totius naturæ effudisset virtus & potentia. Abusa est autem antiquitas sicut & nostra ætas animæ animi spiritusque & mentis vocabulo. Mens autem seu Intellectus agens & intellectus generalis in fine motor, est summū genus substantiæ separatae mobilis. Spiritus & animus in secundo loco vti anima cœli. Anima autem & corpus sunt inferiora, ob mentis itaque præsentiam dictus est anima mundi. Eadem ratione motor cœlorum & vniuersitatis. Si enim animal illud quod omnia mouet & per quod cœtera omnia capiunt Deum nobis sui copiam facit, iure quæcunq. facit nobis concedit. Sumus enim vnum in eo sicut ipse est vnum cum Deo & omnia quæ habet dedit suis. licet enim nec Noachus nec vllus sanctorum vñquam mouit cœlum, tamen vt cognoscatur spiritus & Intellectus motor cœli, in nobis opus fuit manifestari, vt dum denominabantur homines à præstatori eorum parte, illa tandem in seipsa glorificaretur, & per illam Deus. Saturni nomen est ab Arcæ seu vrnæ depositione in locum sacrum sepulturæ quod nomen potissimum ambiuerे tyranni. Crediderim facile vt maxima à pueris temeritas sit commissa quum nomen Ieouis aut Iouah est publice editum. Nam antiqui in religione semper posuere illius protectionem. Licet autem multis locis in sacris pos-

sit probari quod non tantum de Deo trino & uno dicatur in persona patris aut filii aut spiritus sancti, sed quod etiam de illa sapientia creata increatae consubstantialiter ante omnia secula unita sit crebro scriptum, tamen temere factum puto quod homini sit adscriptum. vbi autem Oficiorum licetia illud adscripsit primo mobili, venit perditus ille paderastes Iupiter Græcorum, & in sacrum nomen inuolauit, eo quod fuerat imprudenter adscriptum huic sanctorum hominum antesignano. Sceptri author est quia quicquid est imperiorum iustorum ab eo sunt. Ideo clauem cœli gestabat ut pios instar Petri in cœlum introduceret, qui videlicet sanctis obtemperassent monitis Testamenti æterni, aut quod eius bonitate duce & exemplo omnes omnibus paterent ædes timore impiorum sublato. Sagæ aut sagis vocabulum à magnitudine sanctitateque est. De Qenotrio diximus. A singulis porro locis vbi miracula eius nomine sunt edita aut vbi sponte colebatur ut in duodecim Heturiæ populis nomina alia capiebat. Similiter & vesta eius vxor varia admodum nuncupatione dicebatur: de qua ideo agendum est, quia totius religiosi cultus basim in alterutro sexu posuit antiquitas.

*Quām multiplici nomine dicere tur Noachi vxor Ue-
sta, quaque ratione, deque varia intelligen-
tiarum specie.*



T si inter substantias separatas nula ideo sexum videtur differentia quod nulla sint communiter corpora illis impacta, nihilominus quum diligenter ipsas intelligentias orbium cœlestium & partium eorum inter se diuersissimarum motrices consyderauerimus videbimus clarissime vnum ordinem esse instar formarum masculinarumque virtutum longe supra cœlos collocatarum quæ mouent ut in finem ea omnia quæ à cœlo suscitari debet, Alterum autem esse instar Materiæ omnino orbi impactum, qui qui dem instar fœminæ vterum gerentis mouet ut in locum. Primus ordo olim in secreta Hebræorum disciplina masculorum inferior fœminarum dearum dicebatur. Ad horum instar est intelligentia animaue Solis ad Lunā spiritus enim fœminitatis mundi in Luna, Masculinitatis autem in Sole cōspicitur. Quod nostrorum Theologorum antesignanus Thomas in opusculo de Substantiis separatis affirmauit de vtroque ordine & Motore ut in finem tanquam semen patris, ut in locum tanquam uterus Matris, illud omnino est quod de Intellectu agente & possi-

bili filosofi tradunt. Quum enim cœlum sit assiduus actus & habitus præsentium videlicet in actu, præteriorum & præsentium in habitu motor sit etiam in eo potentia ad omne tempus futurum necesse est. Assiduis enim coniunctionibus assidua fit in eo influxus diuersitas. Uniformitas itaque & finis à motore ut in finem fieri debet. Diversitas autem influxuum est assidua potentialitas à locorum coniunctionibus pendens, vnde tota inferior naturæ distinctio. Summa itaque Intellectus agentis quadrat omnino illis motricibus ut in finem, Intellectus autem possibilis motricibus ut in locum. Sunt autē hi duo motores in suam unitatem redacti de quib. Aristoteles obscure licet agit in scriptis de Generatione & corruptione. Sub immobili enim immotoq. Deo ponit vnum motorem qui ideo mouet quia est cōtinue motū, quodq. est extra materiam quod quidem de cœlo ipso intelligi nequit priusquam eius intelligentiae adscripte ris. Motor enim immobilis nunquā actu mouetur nouo motu quo tamen opus est ad motum cœli excitandum. Ponit autem tertio in loco eam causam quæ velut in materiæ specie sita est per quam generatio & corruptio fit. Ea est aut cœlum aut spiritus illi impactus animaue eius. Et in hoc consentit Platonii Aristoteles. Sat fuerit hanc reddidisse rationem quur antiquitas

constituere voluerit Fœmineam vti & Mascu-
lam vim diuinitatis. Hinc vbiuis gentium Sa-
mothraces dii primus masculus videlicet & pri-
mogenita fœmina mundi. Ea de Noamach vt tradūt
Mosis auditores vxor Noachi & mater mudi de
stirpe Caini seruata sibi , in Italia varia nomina
sumpsit. dicta enim est Vesta,Rheach,Maiach,
Arezia , à quatuor elementorum proprietate.
Naoman antiquitas à pulchritudine vocabat.
Vesta dicta est ab igne quem ea de re vestalib.
virginibus ab ea consecratis voluit asseruari.
Rheah spiritum sonat aërem ue. Licet enim o-
mnia sensibilia constent elementis aut defecatis
vt cœlum, aut corruptioni obnoxiis, vt quæ in-
tra cœlum sunt,tamen inter summa authoritate
viros fuit disceptatum , quænam esset prima in
elementis virtus . Ideo hæc vis Fœminea passi-
bilisque vtramuis quatuor causarum pro suæ
actionis dignitate præferre potest . Maia dicta
est ab aquarum potestate,Arezia à terra. Illam
Græca fabulositas Thetim , hanc Cybelem vo-
carunt: Thetim à positione,Cybelem à recepta
culo totius Naturæ. spiritus enim Domini qui
ferebatur super aquas in rerum principio est hu-
ius materiæ dux & illam molem intus alit,vnde
matrum in tota natura virtus , Alias Ceres eo
quod hæc vis omnia veluti ex vtero pariat &
procreet dicitur. enim venter est. Demeter

vt Geimeter id est terra mater eadem ratione & ex etymo Græco vocatur Ops aut Opis dicitur quod faciem effigiemque omnibus tribuat. Pan dora eadem ratione quod omnia det, illa Hē πανδώρα bræa Græcaque, hæc autem Græca tantum etymologia est. Sunt & alia nomina innumera ad Matris mundi spiritum exprimendū olim excogitata, quæ sensim Græcia nouitiis adscripsit Diis, vt ex luce male seruata tenebræ natæ sint. Sed vnius Vesta communis vocabulum & religio satis tantæ fœminæ dignitatem notat. Quū enim in singulis insulis urbis sicut et Janus sacras ædes haberet, cōstructa est demū ædes Vestæ cōmuni de qua scriptum & receptū erat, quod esset instar omnium Dearum sicut Janus omnium Deorum. Nec opus erat ait Dio. Haicarnasseus vt qui hanc coleret ullam aliam deā coleret. Hanc autem spiritus rerum omnium molem Deam Syram vocabat superstitione pri scia. Hæc autē erat ratio. Quū enim in vna Natura, vna Calidi seu Ignis in Humidum agentis & vitæ omnium basim in ipsa terra constituen tis virtus, Secreto quidem, sed tamen materiæ impacto spiritum hanc vitæ molem moueat, ideo vt vita industriosa Reip. esset diuturnissima volebat sancti viri vt arte ignis vti elemētorum nobilissimum defecatoriumque aleretur. Ideo & Christus religionis Noachi imò pro-

priæ ipsius instaurator (Nam vita sanctorum nil aliud est quām ipsius Christi in sua membra videntis viuentisque abscondita) sacras expiationes in Aqua, Igne & Spiritu sancto posuit. Ideo vitæ fons est in Aqua Igne tincta quæ sanguis est. Moses ea de re instituerat ne vnquam extingueretur sacræ candelabri lucernæ. Diuinitus præterea ignis in summo templi culmine vi-
sus est quām diu sacris bene sunt vī Hebræi, qui
bus atterendis flammæ mors dedit signum.
Spiritus sanæ Igneus est naturæ Basis, & quia
materiæ impactus est foeminae adscribi solet:
Qui de Samothracibus diis Masculo et foemina
Generali videlicet cōsyderarit, facile capiet, vt
dixi cur sacra Iano & Vestæ deorū sanctorum
ue parentibus facerent, nominaq. omnium san-
ctorum proprietatum naturalium & supernatu-
ralium illis attribuerent, Hinc filosoforum (si
causam primam amasset) principi Aristotelii,
tāta fuit de diuina virtute ambiguitas, vt illi me-
rito adscribat Cicero inconstantiam. Sic enim
primo de Deorū Natura de illo scribit. Aristo-
teles quoque in tertio de filosofia libro multa
turbat à magistro Platone uno dissentiens. Mo-
do enim Menti omnem tribuit diuinitatem,
Modo mundum ipsum Deum dicit esse, Modo
quendam alium præficit mundo, eique eas par-
tes tribuit, vt replicatione mundi quadam, mo-

tum regat atque tueatur , tum cœli ardorem
Deum dicit esse , non intelligens cœlum mundi esse partem , quam alio loco ipse designarit Deum. In tanta naturæ obscuritate versatus est Aristoteles , eo quòd volens effugere viam doctrinæ Platonis , noluit idearum fontes agnoscere. Nam est omnino necessarium ut sicut in tota rerum natura videmus Formam quæ instar masculi est & Mens dicitur , & Materiam quæ Fœminæ & Matribus dat basin , & Compositū quod ex utroque surgit , ita opus est dari ideas Formarum quæ sunt Mentes Angeli Genii intelligentiæque motrices ut in finem , unde masculinitas quando in procreatione animantibus prædominant , & species concedi Materialium quæ sunt impaetæ cœlo & sunt propriæ spiritus aut intellectus possibles à quib. Fœminæ sunt in animantibus , & demum spiritus ex utroque compositi duces intelligentias unde animarum & corporum societas , quæ reuera coli sub uno summo Deo vti eius ministri debent. Mentiū ordo Formalis tantum est . Compositum Fœmina tantum est quia mere patitur & mouetur à superioribus. Cœlestes intelligentiæ mediæ sunt. Ideo Regio cœlestis ab Ofcicis fuit positâ communis Masculeis & Fœmineis nomenclatis Deorum.

*Quod quicquid à Mōsē positum in lege est, quoque est
vſus in reip. iuinæ dīstitutione. Noachus iam sua
ſaculo aureo quatenus licuit exposuerit,
& primo de literis.*



N. T. E Q V A M reuera possim de-
monstrare Noachum in Eturia sua
leges legumque accessione similes il-
lis quas Moses Israëlitis posuit insti-
tuisse, opus est ex ipso sacrorum fonte me prius
demonstrare, quod præter Decalogi Tabulas,
& peregrinationis Israëliticæ occursus diutissi-
me ante Mōsem erant sacri ritus. Quod enim
ipso duce factum est, vt Lex omnibus Israëlitis
poneretur, & omnes qui in eius verba iurarant
obligaret, illud pridem inter patres erat. Nam
vt ab initio exordiar causa septemplicis influ-
xus cœli iam ab ipsa creatione erat notū septe-
narii mysterium, ita ut ubiuis gentium septe-
diebus numeratis rediretur ad primum facta in
septimo numerandi quiete, vnde adhuc nōmi-
na dierum sunt à vocabulis planetarum septe-
licet fabulositate Græca nomina sunt infecta.
Moses autem primum sacrorum suorum in pa-
ſchate posuit ad septimum mensem, cui septem
dies azymorum assignauit. Qūm autem Ha-
nochus ante diluuii tempora profeta fuerit &
profetias scripſerit vt hodie pro canonicis ha-

bentur in Aethiopia, nullum est dubium quum
omnis profetia ad laudem dei tendat quin Ge-
neseos seu creationis mundi opificium in suis
scriptis exposuerit, ideo septena de volatilibus
iussus est suo sæculo Noachus in Arcam iñfer-
re. Auditores porro Mosis in Zoharis opere
notarunt ante Mosem fuisse pascha vñstatum
partibus ob diluuii liberationem mense Octo-
bri, septima videlicet à Martio Luna, vnde Græ-
ci anni sacri initium ab Autumno incipiunt ut
& Hebræi, sicut nostrates à verno æquinoctio:
Ideo ob nouas miraculorum memorias iussus
est Moses ut septimus mensis ab Autumno illi
esset anni principium. Assiduis enim miraculo-
rum & cultuum innouationibus regi humanum
genus in sacris debet. Quum autem in decla-
randis immundis & mundis animantibus maxi-
ma pars legitimæ tractationis sit occupata, ta-
men omnia iam erant distincta, quum Noachus
iussus est tot munda & tot immunda animantia
in Arcam introducere. Sacrificare autem & eri-
gere altare Deo primo fuit à Noacho factum
& institutum. Circuncisio data est Abrahamo
in signū fidei. Cōtractus manrimonii cum fide-
libus patet cū ad Syros venit œconomus Abra-
hami pro Isaac & Iacob pro vxore ducenda.
Omnies enim qui cum Theracho pātre Abraha-
mi educti fuerant de Hur Chaldaeorum in Me-

sopotamiā erant fideles aut saltē cæteris populi fideliores. Hinc veræ dixerunt filii Iacob quod non erat licitum dare sororem suam Dinam homini incircunciso. Sed quid plura moror? pœna etiam stupri & adulterii posita erat ante ingressum in Aegyptum ut in Thamaris facinore visum est. Verum certissimam dictorum meorum fidem fecit ipse Abraham de quo scriptum est Genes. 26. Benedicentur in semine tuo omnes gentes, eo quod obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta & manda ta mea, & ceremonias legesq. seruauerit. Oblatio autem panis & vini fuit etiam ante Abramum. Quare nullum est dubium quin ante Mosem inter omnes fideles multo maxima pars legis in variis fragmentis profetiis & libris circūferebatur, & apocryfe aut claram legebatur atq. à sanctis (Quorum Nōachus antesignanus est) seruabatur per supererogationem & non per obligationem, donec accepto in Tabulis Divinis Decalogo cœlitus, accepit legis compendium & eiusdem finem cum literis illis in quibus expositi postea libri sancti Moseos, sunt characterum mysterio una coniuncti, & cœperunt omnes obligare, postquam semel sunt recepti. Quin fuerit summus omnium Divinorum præceptorum & tam in lege scripta quam in cordibus scriptorum, obseruator, ille per-

quem genus humanum ab aquarum clade liberatum est, nemo dubitarit. Quin autem suos ita instituerit (saluis mysteriis Syriacis Adamo veteri in Nouo debitis) vti & ipse erat institutus, nullum est dubium. Obstabant vero multa ne absolute, simpliciter & palam posset omnia exponere Noachus, quæ & Moses, licet omnia illa nouisset. Nam in hanc calamitatem humāno generi obortam incidimus, vt quum omnia homine inferiora suis in Naturis permaneāt legesque Naturæ seruent, solus homo hoc fateatur. Quod meliora probans deteriora sequatur, opus erat ab æterno cœlitus esse destinatū Regem regum et Dei verbum qui vniuersi nomine pro omnibus lueret & satisfaceret, cuius aduentus quia absolute in Syriam erat tanquam ad Propria eius maxime Propria destinatus, ideo opus erat secreta mysteria illuc seruari. Absolutas enim religiones à Syria sanctæ arce oriri opus erat. Adhæc enim particulares vniuersi orbis Angelos coli oportuit, vt eorū princeps Iesus vbiuis coleretur. Ideo solus ille Rex Regū & Mense mentium spiritusq. spirituum debebat quidem in Syria sive Terra sancta vbi est primarius cœli aspectus prædici, expectari, & coli, & tandem in loco illius, à quo hoc morbi acceptimus Quod meliora probantes deteriora sequamur, venire, vt omnia nomine satisfaceret.

faceretque ut meliora probantes sūi meliora se querentur & non tantum ad maiorem condennationem scirent. Sic prima absolutaque religionis veritas in eum locum erat seruāda etiam si homo nunquam peruersa fuisse natura imbutus. Hic enim est primus Masculeus intellectus mundi cui primus honos veritatis enucleandæ debetur. Licet enim Italia subsit Basilisco seu cor di Leonis tanquam clarissimo syderum fixorū, tamē illud sidus ignobilius est primo cœli signo quod in primo mobili rapitur. pars enim ea tota masculina est & vnumiformis quæ ab ortu in occasum rapitur. Tota est Fœminea & mutabilis quæ ab occasu in ortum fertur, vt sunt stellæ fixæ & planetæ. Ideo Noachus huius ordinis pretiosissimus sciens se Fœmineæ inferioris & Temporalis politiæ genus præstantissimum constitueret, non potuit ea omnia quæ Masculæ & Syriacæ formæ debebantur à sacris locis sepulturæ Adami ad sua busta transferre. Eadere & literas Diuinæ interiores & mysteriæ plenas (quarumque iteratum exemplar Moses cœlitus accepit, sicut Diuinitus olim. Adam ab Intelligentiarum principe acceperat) reliquit Syriacæ institutioni seu Iudaicæ satis habens externas exposuisse, quæ rudi charactere & ordine inuerso apud Samaritanos supersunt, & olim in capitales Etruscorum & Latinorum.

Græcorum

Græcorum figuræ conuersæ sunt.

*Quum infinita sint institutionis humanae adminicula,
quare literas in prima ratione putemus
considerandas.*

E absoluta æternaque Reip. forma quam parens hominum ad Aurei seculi institutionem proposuerat, ut Rationem rectam inter conuersandum in animis hominum reformaret, dicturus, iure à literarum negocio exordiar. Sicut enim assidue formatur genus humanum legibus in animo scriptis aut in locutionis communis forma positis, sic reip. corpus conseruatur aut consuetudine, aut legibus quæ literarum beneficio ueluti in vita seruentur. Salus itaque reip. sunt leges sacræ & humanæ. Salus legum in tabulis & literis seruari opus est. Licet autem nil videatur referre quibus literis aut elementis res cōtineantur, tamen summopere ad summæ primæq. causæ laudem in quam omnia tendant oportet, hoc facere videbitur, quum non tantū instituta legesq. diuinæ conformes à parente hominū fuisse in Aeturiā delatas ostēdemus. Quū autem in tabulis Originū Linguarum iam tradiderimus inter alias Originē illius linguae sanctæ quæ vocalis punctulis, accentus lineolis, literas prima superficie instar mathematū com-

ponit ex triangulo, quæ est prima mundi superficies, & in quam omnes figuræ resoluuntur, quæ ea de re sancta merito vocatur & hactenus sacras veteris testamenti leges diuinitus scriptas continet, abunde tradiderimus, & quæ nā ab ea sint deductæ, ostenderimus, tam in libro Originum quām in Tabulis linguarum, eò remitteremus lectorem. Satis enim hic fuerit, nosse illam fuisse cœlitus datam Adamo & Moïs Israélisque, sed pro mysterio donec ex Mysteria fecit publicam Esras scriba Iudæorum, vnde iam ab eius temporibus natæ sunt ex ea inter alias tres præcipuae. Arabica, Syriaca quæ Christi temporibus erat in usu, & Chaldaica, quæ relictis priscis characteribus proprium Hebraicū assumpsit. In hac vna sola, vera & recta nominum verborumq; ratio delitescit. Ideo illius usum opus fuit soli Religioni Mysteriosæ veræque relinquī. Alia erat externa & omnibus communis: in qua clarissimum inde potest probari quod Moïses publice legem transcriperit cuius Decalogum ex cœlo totum autem corpus Quinque libris per profetiæ spiritum in sancto iā acceperat & ordinarat charactere, eo quod gens vna Samaritanorum, tam mordicus conservauit dictam legem in eo quem vocant Samaritanum, charectere, vt nullo modo voluerint cæteros sacræ scripturæ libros recipere.

quod à Moſe nō eſſent ſcripti. Curauit enim ſanctissimus legislator vt duodena exemplaria ſingula ſingulis tribubus transcriberetur, & in hoc charactere Samaritano ſingularum tribuum duobus darentur, vni autem tribui Leuiticæ & cœtui duorū & Septuaginta ſenum ad legis conſeruationē electorū daretur vnicum exemplar ſacrosancta in ſcriptū dialecto & figura, quod quidem ad tempora uſque Eſræ multis exemplaribus conſeruatum & transcriptum eſt. In manib. Iudæorum Samaritanorū & Neapoli (quæ erat Sichem nūc Napolozza) & Damasci ſupererat & exemplar. Quinque librorum Moſeos & character, multum quidē diſformatus ab ea nota characterum quæ in Numismatis fere ubiuis in Syria conſpicitur, cuiusque effigiem curauimus utcunq; in noſtro 12. linguarum introductorio appendi, nondum tamē tunc animaduersa Græcarum & Latinarum origine, quæ inde à Noachio eſt deducta. Licet enim hodie nil ſupertiſt vestigii de Etruriorum priſco Charactere præter ipsas notas mutis inſculptas marmoribus quas ut Latinis eſſe omnino conformes non eſt dubium, ita vix potest iudicari, quisnam cuiusnam noſtrorum characterum vice & loco fungeretur, & ſi characterum cum Latino potestas reperiretur, tamen & lingua & eius verba priſca funditus fere exciderunt,

*Quomodo literæ & Grecæ & Latinæ sunt ab externis
Hebraicis quæ nunc sunt Samaritanorum Iudeorum,
deductæ à Iano Razi Hinuo , quem Nochum dixit
antiquitas.*

 T sunt dissimili Græcorum & Latina
rum characteres minuscula figura de
pingi soliti , ita Maiusculis notis esse
fere omnino similes,& per consequē,
eadem origine, nullus est vtriusque linguae pe
ritus qui hoc diffiteatur , aut si attendere velit
negare ullo modo possit. Licet enim figura G,
& r , Δ, & D , Λ, & L , ε, & S , &c. differant ta
men A. B. E. Z. H. I. K. M. N. O. P. R. T. r. non pos
sent vñquam quadrare nisi essent eadem ori
gine. Quamuis vero nulla literarum memoria,
sit traditum quando aut quomodo ex Etruscis
factæ sint Latinæ , tamen ubi concordant figu
ris opus est quandoque fuisse similes. Etrusci au
tem vsu euocandorum geniorum præstantissi
mi singulis in locis suarum tribuum(erant enim
duodecim) & ciuitatum solebant suas notas seu
Alfabeta vt vocant cōfundere,ne vicinus ratio
ne Alfabeti deprehensa & Nomine genii reue
lato (illi enim faciebant sacra nomine expresso)
euocaret genium & vinceret. Inde capita
le erat nomen proprium ciuitatis euulgasse,
quia ex nomine ciuitatis prouinciae elicie-

bant nomen genii Angelie custodis, & elicium euocare suis sacerdotibus fatagebant. Huius rei adhuc extat argumentū in eo quod multi priscorum obseruatis quibusdam Etruriæ Alfabetis, easdem ferme figuræ in omnibus repe rerunt, tamen vnum recto ordine & Hebræis usitato priscoque qui à dextra in sinistram aut versus pectus tendit, alterum more Latino contra naturæ ordinem à sinistra videlicet in dextram, vnde relinquitur cogitandum quod supra diximus.

Samaritanorum autem characteres sic habent ordine nomineque Hebraico.

Mem.	Zamed.	Caf.	Iod.	Thet.	Het.	Zan.	Vau.	He.	Daleth.	Gimel.	Bet.	Alef.
------	--------	------	------	-------	------	------	------	-----	---------	--------	------	-------

א ב ג ד ה ו י ז ח ט מ Maiusculi.

Tab.	Sin.	Re.	Cof.	Zade.	Pe.	Hain.	Samet.	Nun.
------	------	-----	------	-------	-----	-------	--------	------

נ כ ס פ ע ו ו ו י

א ב ג ד ה ו י ז ח ט מ Minusculi.

. ז ו ע ו ו ו ו

Vide à tergo obuersa charta & deme Vau à sexto loco & serua pro y Y. tolle Iod & Zade cæteræ omnes recta aut quoquis modo inuersa magis quadrabunt cū nostris quam ipsæ met nostræ.

Quod diutissime antequam ab ipsis Fœnicibus aut Punis,
ut etiamnum Syri legunt, Cadmus adfer-
ret literas Græcorum quas adinstar Iani
ipsis Gracis inueteret, mul-
tis saeculis iam in Gal-
lia & in Hispania
via fue-
rant.



T Iulius Cæsar & Strabo Cosmogra-
fus qui Augusti scripsit temporibus
vterque linguae Græcae peritissimus
fidem facit quomodo iam à supre-
ma hominum memoria illæ literæ quas omnes
Græci in Cadmum referunt fuerant in occidē-
te. Nam iam à Ditis usque temporibus ait Cæ-
sar ipsis Gallis erant in usu. Dis autem ille
ipse est Quartogenitus ipsis Iapeti qui ob in-
genii doctrinæque præstantiam nomen Sa-
mauthi id est cœlestis meruit, quem autho-
rem sui generis se habere gloriantur Galli.
Quum itaque Druidæ indignum iudicarent ut
sacra eorum disciplina vllis aliis literis quam
memoriæ viuæ auditorum committeretur, in
totius reip. usu & in priuatis contractibus Græ-
cis vtebantur literis. Vnde necesse est ut illa-
rum literarum usum iam ab ipsis Gomeri Cel-

tarum in Ombria parentis , temporibus illas accepisse ex prima Samaritanorum Characte- rum inuersione facta ab vniuersi parente Sa- turno . Quum enim sæculum Aureum di- cendum sit , quod homines tam sanctè curabant Naturæ præscripta seruari , ut Legum prin- cipum iudicum & tyrannorum exactorumue o- pera ad homines in officio retinendos nulla modo egerent , nullum est dubium quin post patrem & matrem omnes filii & domestici ipsi Primogenito tantum deferrent quantum alteri parenti . Hoc enim natura duce vbiuis gen- tium semper æquissimum visum est . Hinc fa- dum est olim ut tota Europa authore Diodo- ro , Herodoto , Appiano , & Polybio ad Ta- nais usque fontes nomine Celtarum diceretur , quod alio nomine contigisse non potest , quam- quia iam ab Auri sæculi temporibus ille Cel- tarum parens , quem Gomerum Iapeti primo- genitum fuisse Iosefus scribit , nominis sui iuris- dictionem (de nomine enim latissime spargen- do prima cura ratioque est) in totam Europam sparscerat , vnde in ipsa etiam Græcia Homeri temporibus Gallorum Galatarumue Chara- teres vulgares erant , licet illis rudiiores essent , quos postea & Homerus & Cadmus reforma- runt , ut multi fide dignissimi authores tradunt . Nam non alia de re attulisse legitur à Punicis li-

teras Cadmus ad Græcos, nisi quia tunc tempo
ris adhuc fama erat constantissima, quod Gala-
tarum Characteres eadem essent origine. Sen-
sim enim res humanæ expoliuntur. Confirmat
autem Strabo quum ait, ante sex annorum mil-
lia fuisse ipsi Celtiberorum mixto videlicet ex
Iberis & Celtis generi, usum Græcorum litera-
rum quibus versus plurimorum temporum de-
cantabant. Quadriimestres autem anni erant
illi qui ad nostros æstimatî faciunt bis mille an-
nos. Sic testis est Xenofon. Quare nullum est
dubium quin vatum Astronomorū sapientum
que maximus Saturnus Noachusue aurei sœcu-
li dux dederit suis primogenitis vna cum sacris
disciplinis etiam figuræ illas literarū, quæ Græ-
cis eisent affines, & aliquando ab occasu in ortū
repedarent. Quando autem ad Latinā figuram
cœpere accōmodari, nondū quod sciā memo-
riæ est proditū. Carmētā enim in fabulis pono,
Quod ad Latinarū literarū inuentionē attinet.
Licet enim omnino non eleuē fidem eius histo-
riæ quæ ait, & Pelasgos & Arcades venisse in Ita-
liam, eo quod nulla est fabula quin ex aliqua ve-
ritatis umbra nata sit, tamen quod nūquam Ita-
lia sit exculta ab Arcadio pecore, ne quid duri-
us dicam, illud non crediderim. Magna quidē
obscuritas in rebus priscis ideo versatur, non
quod nullus esset usus literarum, sed quod rarif-
simus

simus semper fuerit, & in Ritualibus vt plurimum scriptus religionique coniunctus. Sicut autem si quis hodie insigni quadam aut potentiae aut sapientiae aut bonitatis fama apud Syros & Arabes valeret, vt illi literarum suarum permanentiarum & emendarum curam committeret, ille autem dissimulatis Originibus ad Hebraicarū nihilominus vnde natæ sunt, exemplar reformaret, inuenisse omnino apud Origīnum imperitos diceretur, sic facile crediderim fatidicam illam aut Sibyllam quæ ob prædictiones suas famam sanctitatis esset consequuta hoc fecisse, vt illa communis characterum forma quæ prius essent in toto occidentis orbe communis Samaritani characteris beneficio reformaret. Quū enim tantū illi licuerit vt characteris reformandi cura sit illi commissa, illam non fuisse literarum quarundam imperitam iudicandum est. Versabantur enim ritualium priscorum libri præcipue in eorum manus qui religione veriori se addicerent, vnde poterant quum multa alia, tum potissimum sacram diuinationem Astronomiam & auitas sanctorum patrū vatumue & Sibyllarū prædictiones legisse. Babylonica enim seu Persica Sibylla in Asia temporibus fere Nimrodi fuit cuius innumeri fureversus ex Chaldaeis conuersi. Illa rituales patrum libros habuisse potuit. fuit enim insigni

etiam autoritate vt ex fragmentis versuum Si-
byllinorum excusorum patet. Porro id fuit
olim durante vera Astrorum cognitione com-
mune, vt in Italiæ vmbilico crederetur fore
basim summæ fœlicitatis mundi. Hinc aduen-
tus Noachi & suorum. Hinc Aeneæ, hinc & Py-
thagoræ, hinc & Carmentæ etiam. Hinc & Ery-
thrææ Sibyllæ quæ à Cumis Asiæ libros ad tan-
torum successum regimen attulit authore Ge-
nio Italiæ. Certissimum hoc est quicquid de
literarum Latinarum origine sit traditum, or-
dine characterum & nomine adhuc à Græcis
conseruato, nil differre ab Hebraico Samarita-
noue charactere, præter quam in positione vau-
in cuius locum Latini f seu digamma Aeolicū,
Græci notam s senarii numeri quæ pro σ & τ
inter scribendum ponitur, transcripsere. Quum
hodie adhuc cōueniant in maiusculis Græci &
Latini & videantur Græci Latinique in ordine
fere nil differre, Carmenta nil aliud fecisse po-
test quam reformasse & ad priscas Syras rursus
Latinos appendisse. Nam Latini in ordine He-
braico habent H adhuc pro aspiratione, & non
pro vocali instar Samaritanorum Hebræorum
que quam Græci pro vocali H ponunt. prætereā
Q in loco cof, quem Græci omnino in literis
perdidere, sed in numeris pro nota 90. seruant.
Q. aut maiusculum Latinorum omnino solidū

sed inuersum inuenitur eodem in loco in literis Syrorum. Quare ut iterum concludam, aut fabula fuit historia Carmentæ de literarum Latinarum inuentione, aut si verè fuit, formas characterum expoliuit, & ab vsu Græcorum, qui pridem in occidente fuerat, minusculis separauit figuris. Nam capitales adhuc eadem esse hodie videntur præter quæ omnino Samartana est, & in suo loco apud Græcos, apud Latinos est loco & figura mutata, atque aliunde ascita. Crediderim sane deprauato sono nostros ab adiectitiis Græcorum accepisse. Nam sequitur ypsilon apud illos & nostrates.

Sicut Moses suo sæculo à Deo vocatus nil prius habuit quām in literis Diuinitus scriptis legum omnium compendium in Decalogo posicu[m] exponere, sic Aurei sæculi dux Noachus nil prius curavit quām in animis latissime, & in literis Samaritanis ne periret, Testamentum seu legem Aeternam exposuisse & inter primogenitos & inter Razi Hinos.



V V M sit res in tota historia Romana constantissima, quod fœlicissima aliquid sub Iano Saturnoue prisco, vita hominum fuit, adeo ut Aurea dici meruerit, inque votis toti fuerit posteritati, nul

Ium est dubium quin illa primo & maxime inter iam primogenitos floruerit. Clarum autem est totam Romanorum institutionem ab Etruscorum oraculis monitis & institutis dependisse, quum etiam florente, & iam ambitione plenissima Roma, sanctio sit edita de mittēdis principum filiis ad singularum tribuum Etruscarū institutiones sacras percipiendas, atq. demum in reip. Romanæ usum transferendas, quod si Romæ exdē Doctrinæ fuisse, illuc mittere refuisse alienū. Mores autem & pietatē summumq: reip. nerū depēdere omnino à Religione constat. Quare nullū est dubiū, vnde & institutio religiosa depēdet, inde mores Reip. depēdere & licet mores perierint ut hodie Romæ videmus, tamen doctrinā remanere cum autoritate certū est. Primogenitos duos habuit Noachus, pri mos & maxime dilectos illos qui à spiritu geniti erant, quiq. in tota Etruria ab ipso sunt instituti & mystico Razi Hinuorum nomine vocati, penes quos summa Diuinatio occidentis est commissa, vnde institutionis humanæ ratio. Illi enim non tantum hominibus; Sed etiam spiritibus & Naturæ imparabant ut certissimis proditum est historiis. Quid autem mirum est potuisse optime institutos & à sanctissimo sanctorum initiatos in summi Dei nomine & Angeli Etrusci potestate, quod olim in India Abraham

n̄es nunc etiam & Brachmin adhuc ibidem pos-
sunt, cæterum vbiuis Christianismi malefici &
maleficæ accusantur deprehendunturque rei
euocatæ excitatæque vbiunque voluerint per
malos spiritus grandinis pluviæ tempestatis,
quod in eorum accusationum libris vbiuis po-
test. Quis enim non putet illum sanctissimum
hominem tantū potuisse in pactis bonorū ange-
lorum, quantum ista fex hominum cum ma-
lis potest. Sic eliciebant & auerruncabant
fulmina ne nocerent. Alii primogeniti erant
carnis qui in Umbria primo duce Gomero fi-
lio Iapeti vt dixi supra habitarunt, donec in
Galliam ad Druidarum institutiones Italia à
Chamesenus Aurei sæculi perturbatorib. sunt
pulsi. De his nil nunc dicam. Hoc vnum quod
ad Razi Hinuos attinet cōfirmatum volo. Non
potuisse aut debuisse aliter instituisse Noachum
suos spirituales primogenitos, quin quam do-
ctrinam seu à Deo seu à coelo seu à Geniis An-
gelisue habuisset, illam totam in eos ad poste-
ritatis lumen transfunderet. Quum autem non
solum in signo arcus cœlestis Testamentū Ae-
ternum à Deo accœperit, sed sit opus omnino
vt illud Testamentum aut pactum quod legitur
Deus iniisse fecisseue cum ipso Noacho & eius
posterioris, sit scriptum aut saltē verbis in animo
conceptis tale vt eius obseruatio reuera Aurei

Sæculi Basis esset, faceretque ut quām diu poste
ritas illam obseruaret nunquam Deus homines
à facie terræ deleret. Fuit itaq. prima illa Aeter-
naq. lex quæ fuerit literis in Occasum delatis
exposita, à cuius vnius præscripti virtute quic-
quidvnquā aut fuerit aut est aut erit legū diuina
rū aut humanarū rationi naturali coniunctarū
dependeat est omnino necesse. Quum enim ra-
tio officii à qua Aurei sæculi virtus dependebat
non tantum in hoc sit posita vt Nemini noceas,
aut vt ius suum cuique tribuas, sed vt multo ma-
xime etiam cui nil iure debeas, aut qui etiam
in te grauissime commiserit, prospicias, fratri-
que fungaris officio, opus erat Testamentum
æternum tanta esse virtute, vt & à malo inferen-
do omnino cohiberet, & maxime ne tibi in præ-
stantissima tui parte noceas prospiceret, sed vt
tantopere ad Benignitatis vt vocat Cicero aut
Charitatis vt Christiani dicunt, officia concita-
ret, vt quicquid in te esset positū illud omnino
non tantū amicis aut bene factoribus, sed maxi-
me imмерentibus incogitantibus atque ipsis
inimicis esset comparatum. Vbiuis enim gen-
tium est vsu receptum, vt lege cohibeatur iniu-
ria, & vt amicis beneficia largiamur. Necta-
men usquam gentium Aurei sæculi forma vide-
tur. Pactum itaque sempiternum necessario
istud est.

Lex siue Testamentum aeternum.

V ID Q Y I D aut actu aut potētia quois modo superior, vis aut se-cundum naturam, ordinis saltem gratia velle debes, vt ab illis qui tibi subordinati sunt fiat aut non fiat, dū tu quois modo praefectus illos cupis in vtilitatē & non in damnū, pro tua volūtate & nō pro sua, animo corpore & rebus externis, esse, societatis aut reip. saltem nomine, tibi comparatos, ita vt intētione finali in te aut bono publico toti sint, in se autē tanquam nulli: Hoc ipsum te causa & amore Dei numinisue quois modo à te cogniti, & salutis quois modo à te in sum-mam diuturnitatem expetitæ, te facere æquum est, & facto ipso perinde atque consensu ver-bisque hoc confirmare: Quod quisquis, siue pri-uatus siue magistratus fuerit, nomine Dei & li-bertatis Ararum in toto mundo sacro sanctissi-marum causa hoc ipsum fecerit, vt illi fuerit pos-sibile, ille præstantissimus hominum aut statuū habendus sit, & merito vniuersis præferendus: ediuersò vero qui maxime contra fecerit, in cō-trario loco ponendus & habendus deturban-dusque est, maxime si Ararum domesticus est.

Nullo vñquam alio legis generalis præscripto aut fieri potuit; aut vñquam fiet Auctæ sæculi institutio, & quanto magis sæculum ab huius sententiæ recedet præscripto tâto magis ab aurea vita, quanto vero quisque fuerit proprietato magis & Deo & naturæ & Rectæ rationi obediuerit. Hoc erat pactum sempiterñ quod pepigit Deus cum Noacho, vt tandiu duraret quandiu in cœlo cœlestis videbitur arcus.

Quod posita lege omnibus æquivalenti legibus, etiam sui populi capita ad instar cœli & Diuini populi divisit Janus in Eturia.

 ISI tota antiquitatis doctrina funditus periisset, non esset hic mihi affirmandū summam in numeris virtutē delitescere, sed sat fuerit ad Harmoniæ rationes omnino in ipsis numeris positas huc attulisse, quod in tota rerum natura si quid à suis numeris abfuerit omnino ruitura est creatura. Est enim non tam sacrorum quām filosoforum sententia hæc verissima. Quod omnia in numero pondere & mensura modoue sunt constituta. Non sine ratione quaternatio constante numero, causæ, elementa, Horizontis plagiæ, cum aliis rebus in quaternario positis, non sine ratione decem orbes cœli quorum unus est unius formis

formis cæteri illo subnixi contra illum mouentur, non sine ratione genera prima 10. uno constante nouem accidentib: in illud obnixis ; non sine ratione duodecim & non plura signa cœlestia. Profecto ut in verbis si illis attendas & credas consensuq. coopereris vt 28. notauit & fas-sus est Plinius sunt virtutes admirabiles, sic sunt in numeris, sed tanto maiores quanto sunt nominibus priores numeri . Nullum enim factū ullo modo aut recitari aut intelligi potest quin numerus ante nomen præcedat. Hinc peritissimi rerum naturalium Pythagorici judicabant sanctissime Quaternarium diuinitus animæ nostræ infusum & impactum esse radicem & fontem æternæ naturæ. Quamuis enim vnica sit in nobis forma & anima illa tamen non nisi quadruplici natura in vnum coalescente consistere potest. In ea enim est Mens Spiritus Anima & materialis corporis forma, quæ partes elementis respondent. Sed de iis alibi. Nil prius obseruarunt antiqui quām numeros quod in idea politiæ expressit Platō dum suas diuisiones præci-puas magistratum duodenario numero ad instar coeli diuisit. Quum enim quicquid beneficii cœlestis capiamus , illud totius anni solaris cursu perduodecim signorum portas recipiamus perfectæ politiæ instauratores fategerūt, vt magistratu duodecim capitū corpus publicum

adinstar cœli constituerēt vt illi duodecim Ge
nii aut angeli qui vario & differenti duodecim
signorū influxu curant orbē regi , curarent etiā
in hoc euocati vt singuli singulis magistratibus
præfessent . Hac de re Christus æterna veritas
non potuit maius suis duodecim apostolis pro-
misisse munus , quām vt in eius gloria super se-
des duodecim sederent in sua loca restituti iudi-
cando duodecim trib. Israël . Ideo quū vñus ex
numero periiisset, necesse fuit vt ante omnia eli-
geretur denuo vñus ad complendum numerū.
Ea de re dixit Petrus oportet vnum eligi post-
quam Dominus ascendit. Oportet inquam vñ
eligi quia orbis Oeconomia cœlo non respon-
deret vt opus est nisi vñus eligeretur ad duode-
cim numerum complendum . Huius rei gra-
tia sunt nati duodecim filii ipsi Iacobō patriar-
chæ . Ea de re antequam diluuium in orbem im-
mitteretur sunt in linea bonorum nati viri duo
decim & ea de re licet impius esset Chameles
quando illi maledicere voluit pater, ne Duode-
carius ille numerus violaretur , noluit pater Ia-
nus illi maledicere sed eius quartogenito Cana-
an . Nam sic in toto & naturæ & scripturæ cur-
su notatum est, aut malos in quarta generatione
esse pessimos, aut bonos esse in quarto loco præ-
stantissimos . Quum autem diuina prouiden-
tia necessario præordinasset quod fuit haec tenus

de Pseudo Iudæorum aut Ismaëlitarum Muhammedicorumue Regno in effectu positum, ideo sacer Geneseos liber duodecim duces & capita huic gēti Ismaëliticæ tribuit. Sic ea de re sapientum & profetarum princeps Noachus suos Razi huius Etruscos duodecim magistratibus, regi instituique procurauit, ut euocatis duodecim cœli geniis possent suum populum institueret, quibus instar Christi super apostolos (Nam sciebat omnia futura Noachus) vnum veluti omnium arbitrum, & adinstar intellectus generalis supra cœlos & duodecim signa collocauit. Regionē etiam Eturiis suis aſsignatā in duodecim prouincias & municipia diuidi ea de re voluit, quæ omnia sunt in totius Romanæ Historiæ cursu vbiuis fere exposita. Vnde merito mihi adnotasse videtur Dionysius Halicarnassus mendacia cæterorum Græcorum quum ait, Ideo sibi Lydos, nec esse Eturios Tyrrhenosue, nec illis fuisse admixtos, quod nec lingua, nec religione quæ res sunt diuturnissimæ abolituq. difficilimæ vlo modo Lydi cū Tyrrhenis consentiant, Atqui diuisionē hanc duodenariam apud Tyrrhenos fuisse Lydiis factā authoribus quām plurimis vanitatem Græcam secutis videtur. Apparet autem ex eo ipsissimos Eturios Tusciosue ab ipso Iano fuisse in duodecim Tribus Lucumonum diuisos quod illi eo

nomine Iano patrī Aram Dodecabōmūm siue duodecim altarium posuerunt. Sicut enim olim in signum quod aperto Iordanē Deus transmisset duodecim tribus Israēl sub Iosue duodecim lapides magnos in fluminis medio posuere & contra à medio fluminis qui ibi è regione Iericuntis ut vidi innatauique est profundissimus duodecim lapides substulere , quos in Galgalis ad primam Castrametationem in rei memoria posuere . Vnde autem irrepserit isthæc Lydorum cum Tyrrhenis commercium , uno facile argumento coniicio . Vetusti Mosis auditores qui septuaginta duo fuere per continuas successiones profeticas , nam nullus nisi spiritu clarissimus olim in eum cœtum admittebatur : Ius scripturæ sacræ per mysteria & viam Naturalem interpretandæ habebant ; suaque declaratio-nes Cabalam quod auditu potissimum recipie-
retur vocabant . Quoties autem de rebus in summo mysterio politis agebāt , illi , ut frequen-
tissimè in Zohare quod ex Chaldæis Latinum fecimus , videre licet , quoties ad summa myste-
ria dicenda pergebant se in ־ Lud hoc est in Lydiam proficiisci asserebant . Lud aut ־ trans-
positis literis ־ veled modo scribendi illis usi-
tatisimo . Est autem veled partus seu foetura . Quum nil plane inueniam in doctrinā Moseb̄s quin illud idem apud Razi hincuōs clarissimō

vestigio ostendere possim , facile ducor vt cre-
dam quum Noachus secundarium doctrinæ sa-
cræ genus in Italiam adduxerit , qui est primus
diuinationis partus , vt etiam Razi hinui Lydii
veri dicti sint. Nam nec Lydi Arabiae , nec Asie
minoris mihi alioquā huc aduenisse vidēntur.
Ire in Lydiam apud patres erat ad contempla-
tionem & sacrarum cogitationū partum eden-
dum moueri , in qua re post summum pontificē
Melchisedecum filium suum quoniam Ianus cū
primis ritualibus in Syria sancta reliquerat Tu-
sci super omnes excelluere. Inde factum est re-
probato in sua proprietate Christo ut omnia re-
stitueret , ipse voluerit veram veteris Testamen-
ti in nouo , Romæ edi interpretationem . No-
uum enim Testamentum nil aliud est quam ve-
teris partus & elucidatio perfectioque. Hæc est
coniectatio de Lydiae nomine. Ut enim nota-
uit Halicarnasseus qualicumq. nomine & qua-
cunque de causa sint nuncupati illos fuisse præ-
stantissimos rerum sacrarum authores
constat , licet corruptissime suo sa-
culo iam ea doctrina tractare-
tur ita ut nomine à sacri-

**ficandi peritia me-
ruerint.**

Quod sicut ad instar sacrorum , duodecim capita & polos in suis Etruriis instituit Janus , sic fecit ut prima populi subiecti Diuisio in 72 .
capita esset sacrorum instar .



AM duo argumenta me puto abunde suasiſſe . Primum quod Ianus in Italiam veniens externas literas & instituta patrum orientalium vna secum aduexit , secundum quod tota Romanorum sacrorum tractatio , sit ab ipsis Etruscis petita , quod postremum etiā sim adhuc abunde confirmatus , tamen nunc pro concessō & supposito capio . Qualis itaque erat Etrusca sacrorum tractatio collata ad sacros Syriacos sanctosque , talis erat Romana ad Etruscos id est subiecta fœminea & inferior . Norunt fatenturque toto in orbe Astronomi singula duodecim signorū in tria Decatemoria esse diuisa , vnde ab ipsa linea ecliptica ad polos in singulis signis sunt seni trianguli , tres ad Aquilones & tres ad Austrum , quod nisi quis in cœlesti , sane vel crudissimus in materiali & typica intellexerit . Licet itaque sint duodecim intelligentiae 12 . signis incumbentes tam ut moueant in finem , quam ut moueant in locum & ipsi cœlo impactae , quū latissime ab æquatore ad polos videatur influxus cœli differre , opus est , ut etiam singulis de-

catemoriorū angulis præsint intelligētiæ diuer
ſæ quæ ſint duodecim signorum in ſui varietate
ministræ. Vnde ſunt ſexies duodecim virtutes
quæ ad numerū 72. aſſurgūt. Ea de re quū Deus
ad hoc Naturæ hoc templum instituifſet vt per
creaturas cognosceretur , maxime vero per
ipsius cœli & eius partium aspectum, præſtantis
ſime autem per intelligentiarum orbi cœleſti
præfectarum ministeria & influxus, Christus
Naturæ instaurator voluit non ſolū vt ad instar
duodecim signorum cœli eſſent duodecim pri-
maria authoritate viri totius orbis illustratores,
ſed vt illis ſubeſſent duo & ſeptuaginta diſcipu-
li, eorum quæ docerent ministri. Scimus autē
adhoc mysterii collimafſe vniuersi ducem ſpiri-
tum illum qui hanc alit molē vt ſic informaret
Iacobū Iſraēlē Iudaicæ Religionis antesignanū,
vt illi non ſatis eſſent duodecim filii niſi etiam
cum ſeptuaginta animabus in Aegyptum de-
ſcenderet. Inde fecit Moses vt poſt instructum
in Leuitica Tribu ſacerdotium qui eſſet in capi-
te & prima apud duodecim Tribus authorita-
te à Deo iuſſus eſt etiam duos & ſeptuaginta fe-
nes religionis interpretes institueret . qui comu-
niter ſeptuaginta dicuntur, vt cœlo reſponde-
rent. Vbi nos habemus ſeptuaginta tantum in
Græcis & Latinis exemplaribus Euangelii, eſt
error, Nam & Orientalium & meridionalium

exemplaribus contra venimus. Armeni enim & Aethiopes bene habent ut ipsi videntur. Inde à spiritu factum est, ut post illos duodecim patres antediluvianos statim a diluvio septuaginta populi & linguae in vniuersi orbis possessionem sunt assignatae. Nil enim est aliud humum genus quam Mentes cœlestium assidue huc vna cum suo spiritu demissæ ut mundū informent de cognitione Dei. Horum mysteriorum gratia fecit Noachus non solum ut inter suos Razi huiusmodi essent duodecim capita quibus unus superesset, sed quia Roma (quam suo saeculo Saturniam à Saturno Scythā nomine Sabathio voluit ut ad Ianiculum erat Antipolis) erat ad instar fœminæ & receptricis inferiorisque naturæ ideo voluit ut ex primario nobilioriq. sanguine (qui tunc virtute sola nitebatur) viris Romanis duo & septuaginta iuuenes mitterentur ad sacra Eturiæ ediscenda. Constat enim duodecim fuisse populos, ad quorum singulos sex principes adolescentes mitti consueuerant. est enim necesse ex Ciceronis sententia ut septuaginta & duo essent, quia sic est scriptum. Senatus, ait, tum quum florebat imperium decreuit, ut de principum filiis sex singulis Eturiæ populis in disciplinam traderetur &c. Licet autem non colligat summam, tamen necesse est quum dicat sex singulis dari, & sint numero duodecima surgere

surgere sexies duodecim aut duodecies sex qui sunt duo & septuaginta. Quod autem Valerius Maximus ait ut Decem & non tantum sex singulis Eturiæ populis mitti solitos , crediderim facile vtrunque constare posse , vt prisca prima que institutione sex tantum mitterentur secundum numerum Decamoriorū cœli, sed quū omnina fierent inuocatis & euocatis sāpius geniis facile addidisse quatūor ad sex crediderim, vt secundū decem motores decē orbium coelestiū in quib. necessario filosofus fatetur, esse substanzias separatas , illi sacrām informarent iuuentutem, & centū decemque iuvenes Religionis ministri maxime quum populus auctus esset darentur. Supplicium autem M. Attilii fecit vt ferre totius Religionis Rōmanæ rātio p̄rierit. Quem alii & inter cæteros Halicarnasseus Attium vocat, Valerius Tullium, sed librariorum vitio vt credo nominat . Ait autem quod librū sacra ciuilia continente in custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dēdisset, Tarquinio Rege iubente equuleo insutum in mari fuisse demersum. Hic autem liber erat Sibyllæ vt ait Halicarnasseus. Hoc nomine fere vniuersi authores religiosi periēre, quod nullis aut perpaucis exscribere licuit.

*Quod non tantum Religiosa Saturnia Romæ institu-
tio omnino à disciplina Etrusca dependeret, sed
quod in fæmineæ partis loco esset
reposita.*

VIT vulgata in primis apud priscos Theologos naturæ consyderatio, vt in toto naturæ cursu sic de masculo & fœmina agerent, sicut filosofus de forma & materia. Quidquid itaque mere passuum & receptuum tantum cognoscebant illud pro Fœminea, quidquid mere actiuū vt est causa prima, illud pro Masculina parte ponebāt. Quatenus autem omnia in aliud agunt nomine masculi vt ab alio aliusue patiuntur nuncuparunt vocabulo fœminæ. Pura itaque fœmina est Materia prima, purus masculus Causa prima. Purus item masculus summus magistratus, quidquid autem illo uno inferius est pro fœmina habendum est. Hac consyderatione quæ omnino vulgaris est, posita, sequitur vt sicut occidua temporalisque potentia respectu orientalis pontificiæ & spiritualis est fœminea cuius basis in Etruria fuit, sic Romana ad Etruscam collata est pura fœmina. Hinc factum est, vt priscis temporibus Vesta fœminarum sanctissima vxor que Iani in parte Saturniæ Romæ tantum suas Vestales instituerit, quæ religionis & supplica-

tionum Romanarum essent summum refugium
& apex, sicut in Etruria soli Razi hinui & Ianuae
les erant. Sicut enim non legitimis Vestales un-
quam in Etruria fuisse institutas aut positis tem-
plis auctas, sic nec Iani templa vlla leguntur in
Saturniae parte fuisse antequam Numa vtriusq.
genii conciliator posuit illi templum ad Argile-
tum teste Liuio, diuino sane fretus spiritu. Ut
enim totius veritatis puritas & præcipue san-
ctoris religionis veritas ab Argiorum fabulis
periit, nec potest eorum pestiferæ sectæ occur-
ri, nisi instauratis quæ olim Ianus instituerat sa-
cris, sic in locum leti Argorum Numa instaura-
uit templum Iani à Græcis in fabulas traducti.
Quum autem in eliciendis euocandisq. geniis
esset præstantissimus nec ullo Etrusco inferior,
vt omniū scriptorū testimonio constat ille reue-
ra Romæ Genium spectro indutū fœmineo, no-
mineq. Aegeriasibi euocabat quo duce tātæ mo-
lis vrbem stabiliuit. Ille enim idē Genuis Diuæ
olim Vestæ adfuerat. Licet autē Halicarnasseus
vt inter Græcos scriptores rei Romanæ aman-
tior vocet fabulā quæ de cōgressu Luius substā-
tiæ separatae feruntur; tamen ex iis quæ subiungit
videtur res fuisse vera & nō ficta. Quis enim
fidem sibi haberet postulet si totius antiquitatis
fidē eleuare conetur, & sublatis memoriis cōfu-
sionē in orbem reducere? Ait vero vt probare,

tur an reuera congrederetur cum aliquo numero inuitasse domi multos optimosque Romanorum, illisque ostendisse quum cæterarum rerum tum imprimis ciborum & omnis lautioris apparatus opumque penuriam, & nihilominus illos post paucas horas adfuturos in cœnam inuitasse. Dicto citius tanta adfuit auleorum argenteæ aureæque suppellectilis, & imprimis ciborum omnium quæ ex toto vix potuissent orbe peti copia, ut in stuporem conuersi plane fassi sint illa nullo modo viribus humanis potuisse parari. Hoc tanquam somnium ridebit nostri sæculi impietas, quæ tamen vix poterit sine rubore negare quod in Maximo Tyrio Platonico leget huic facinori non absimile Ait enim fuisse se unum præsentem ad spæctrosum conuiuium Achillis cum ipsis Herojbus ad Tauricos. Qui Apollonii Tyanei vitam nobis scriptam reliquerunt aiunt vidisse apud Gymnosofistas Abrahmanes similia conuiuia & apparatus, quum sint omnium rerum nudi, fuisse usitata quoties reges admitteret. Putamus Aethiopica conuiuia & Solis mensam esse omnino ex fabulis nata? Negabimus ne per vitæ familiaritatatem minus posse bonos viros quam quotidie possunt Malefici inuocatis malis spiritibus qui illos in conuiuia scelestæ rapiant? Eone dementia putabimus venisse homines quum inter

Christianorum doctissimorum subsellia quotidie condemnētur rei horum maleficiorum, putemus pro somniis necari homines? Apud Gallos, Anglos, Hispanos, Italos, Germanos, Polonos, Hungaros, hoc est in confessio. Fatentur & Ismaēlitæ pœnisque persequuntur. Legat si quis dubitet libellum Ioannis Francisci Pici Mirandulani de strigibus, aut summa fide vti & male Latine scriptum opus de Maleficiis, Mallei maleficarum titulo. Hæc volui addere ut rei possibilitas probetur. Quum enim Deus rerū humanarum curam habeat & maxime post suā ecclesiam, de Roma, committendum non est ut quicquid vsquam gentium & maxime Romæ de substantiis separatis visum est credamus malos fuisse Dæmones. Erat Aegeria reuera spiritus suo spectro fœmineo indutus ad informandam fœmineam partem Ianicæ Reipublicæ, per cuius solius memorias in Masculæ & Etruscæ antiquitates nos repedare oportet, quia res masculorum non nisi per matrum yterum possunt manifestari. Hinc sicut ex fœminea Romanae parte politiæ Aureæ repeto origines Masculæ Etruscæ, sic per istam instauratam sum omnino confirmaturus Diuinam & priscam Masculam.

*Cur Ianus Bifrons & Quadrifrons pingeretur diceretur
que, & reuera haberetur esse que.*



CITE admodum eleganter Plato hoc scriptum reliquit ὅντες τὸν αὐθεωδὸν. Non est homo hoc quod in homine videtur , Quasi diceret spectri instar est quod sensui se obiicit . Verus homo interior est in mente & spiritu positus, quiue reuera per solam Mentem & spiritum possit videri. Hoc vero est à diuina Moseos sententia depromptum qua ait Masculum & fœminam creauit eos , quum de solo tamen homine dixisset. Est enim vna eaque prima princeps & præstantissima hominis pars cuius sedes si unquam in corpore est illius adhærat, circa occiput & capitis posteriores partes est posita, eaq. reuera homo est nomineq. mētis dicitur aut spiritus. Quæ autē est in corpore, & pueris & senib. & insanis & sapientibus , & viuis & mortuis ne dicam multis hominibus & simiis est cōmunis, & in nulla aut per pauca veri hominis conſyderatione posita, quantum ad veri hominis cognitionem attinet, nisi quatenus animi mores corporis sequerentur temperamentum , vt est in placitis filosoforum medicorumque probatum. Hæc est ergo Moseos sententia Quod in simplissimo homine , & in sola mentis suæ conſyde-

ratione ante Deum posito, & imaginem & similitudinem Dei vna, & mentem & spiritum vna, & Masculum & Fœminam vna reperire licet. Imago quidem prior est & apud Deum notior, nobis autem ignotior: similitudo autem contra nobis expressior, à Deo autem remotior. Hic enim est nostræ sciætiæ ordo, ut quæ nobis sunt obscuriora sint Naturæ clariora, & contrà. Primus itaque & ultimus tam externæ quam diuinæ scripturæ sensus est, vt ante omnia Deus hominem generalem in sua sapientia aut unitate creata considerit, de cuius mente & spiritu extrinsecus olim & mens & spiritus in omnes adueniret homines, qui quidem homo generalis quem Intellectum Mentem aut Sapientiam generalem modo idem intelligas nil refert, nō potuit reuera esse conditus nisi vna & masculus & fœmina esset, hoc est nisi vnam partem haberet unde Forma & masculinitas eius diceretur, & alteram unde proprietas specialis Materiaq. & veluti fœmininitas notaretur. Hic est spiritus intellectus agens & humanus ætu semper intelligens vt ait Plotinus de quo si diligentius sua verba discutere voluisset Aristoteles quū egit de substantiis orbis motricibus potuisset hanc naturam inuenisse & tradidisse. Ut enim necessario fassus est singulis sfæris cœlestibus præesse suas intelligentias, ita fateatur oportet illas esse

duum generum. Superiores quidem ipsis orbi-
bus, & omnino separatas, quæ cœli motus vt in
finem dirigerent, ad eam influxuum varietatem
vnde varia homini utilitas & diuinæ laudis va-
ria (Quod finis mundi est) nascantur argumen-
ta, inferiores autem ipsi orbi impactas, quæ cœ-
lum ipsum vt in locum mouet etat, & veluti ma-
terialiter in Materia cœli & mundi agerent. Su-
periores sunt Imago, Mēs, Masculus, Intellectus
agens, & Homo verus interiorque, inferiores
autem sunt similitudo, Spiritus, Fœmina, Intelle-
ctus possibilis & Homo exterior spectrosusq.
Inde factum est vt summus ille vatum & sapi-
entum Noachus in huius doctrinæ quæ reuera
summa est, memoriam, vt qui supra omnes
homines tanti secr̄eti videretur particeps &
conscius, donatus sit Forma bifronti quod
utriusque hominis frontem & faciem explicaf-
set. Hæc autem statua ipsius iussu est instituta
conseruādæ ad posteritates memoriæ tanti my-
sterii gratia. Quum enim ille Homo generalis
cuius veri homines actu membra esse debent,
necessario summam sui partem coniunctissimā
habeat cum Motore primo Immoto immobili
que ita vt & caput sit omnium intelligentiarum
sicut primi mobilis intelligentia & sit etiā fons
vitæque principium omnibus intelligentiis &
hominibus duorum & septuaginta Mosis audi-
torum

torum sentētia constitutum erat vt in facris interpretationibus vocaretur Diu Prosopin, hoc ^{פָּרָשָׁת}
 est Bifrons aut duarum facierum suppositum. Hoc nomine intelligebant prisci patres Messiae
 Mentem & naturam non solum eo quod Mente spirituque constaret, sed quia & Deus & crea-
 tura esset. Inde isthæc ipsa natura qua duce o-
 mnes particulares motus mundi fiunt Mosi di-
 xit. Posteriora quidem mea videbis, Faciem
 autem meam videre non poteris, Quia Deum
 nemo vidit vñquā sed nec videre potest. Locus
 ille scripturæ indicat Cabalæ sanctæ mysteriū.
 Hinc Messaias etiam secreto vocabulo Sar Ha-
 panim, id est facierum omnium, & singularum,
 tam anterioris quam posterioris princeps au-
 thor & formator, quique solus reuera p̄ficit to-
 ti naturæ , illique tanquam vniuersi authori in-
 strumentario dominiū vniuersorum datum est:
 Illi proximus in hac potentia Noachus fuit, qui
 in suam arcam vniuersum animantium genus
 colligere in salutem eorum fuit potens. Sed de
 quadruplici fronte nobis est dicendum.

Cur Janus Quadrifrons.



AM supra notaui esse omnino opus
 vt Etruscæ historiæ tenor à Roma-
 na petatur , vt tandem per sacra vñ-
 tata, quæ aut neglectu aut nimia dif-

cussione in nauseam abiisse videntur , ex ipsis
sacræ Etruscorū traditionis viuiradicibus exci-
tentur homines , adque veram prisca Hebræo
rum scripturæ intelligentiam reuocentur anti-
quitatis amatores . Nam præter pauca loca ad-
modum quæ Christo egregie aptauimus , nec
nos , nec ipsi Hebræi qui nunc sunt , vmbram sa-
cræ attigimus intelligentiæ , eo quod à nostris
sint neglecti prisci scriptores secretique ab ipsis
autem Hebræis aut religiosa sint obseruatione
suppressi , aut eo quod palam suos neglectæ ar-
guant veritatis , deprauati . Authores fide di-
gni tradunt quod in Faliscis vrbe Tusciæ quum
est deuicta à Romanis ciuitas , inuentum est si-
mulachrum Iani cum frontibus quatuor , in cu-
ius memoriā Romæ est illi positum Templum
quadriportium , aut quod quatuor portas habe-
ret sicut & simulachrū facies . Facile vero quis-
quis sacramenti Pythagorici rationes caperet
huius etiam statuæ rationes conciperet . Aie-
bant enim ῥαὶ μάτην αἱματόρρᾳ φυχῇ τῷ αραδύνῃος πε-
πτάκτιν , πηγὴν αἱρενόου φύσεως ἐρώμεν τοῖχονθεν . Per il-
lum videlicet qui animæ nostræ Quaternariū
dedisset , quod quidem & fontem & vitæ uiu-
radices in se contineat . Velim autem mihi sem-
per concedi quod negare meritò nullus posset ,
Ianum fuisse tanta sapientia hominem , vt nulli
fuerit hominum , aut probitate aut sapientia in-

ferior, suos autem & potissimum Etruscos Razi hinuos ita instituisse, vt ne latum quidem vnguem ab eius institutis recesserint. Quare & ipso doctore fuisse illam statuam affabre factam dubium non est. In memoriā enim illa siebant non in honores, quia soli Deo, & patriæ Geniis, generalique Menti supplicare docuerat per memorias eorum beneficiorum quæ sanctis viris collata fuissent. Pythagorici autem Quaternarium animæ concessum fuisse, non tam ratione Quatuor elementorum quorum ex qualitatib. primis surgit temperamentum inde elicitum et à singulis differens cui demum insidet anima, nec tam ratione cœlestis influxus qui à quatuor elementis defecatis & à corruptione repurgatis qui reuera ex hac elementorum mole sunt illuc delibrati, vnde animæ virtus, quæ quia in omnibus hominibus adsunt Mens Spiritus Anima & Temperamentum affirmabant. Mens à fonte mentium, Spiritus à fonte spirituum, & Anima ex animorum virtute, Temperamentū autem ab elementis. Homo quidem superior est Bifrons saluo generali, qui quum Deus sit est Trifrons Diuinitates Mētis & Spiritus facie constans. Inferior autem est quadrifrons, supremus autem post incarnationē quinquefrons est. Vt itaque summopere in consyderationem cognitionemq. & laudem Dei summi raperent,

qui finis naturæ est (erant enim Iudæi secr̄ti, ipsi Pythagorici, quod facile ex Iosefo probes) singulos homines volebant assidue hoc quaternarium vnde singuli compositi essent, in animo voluere, & reuera per causam suam tantam rem cognoscere. Sed alia fuit ratio multo secr̄tior: Certissima enim traditione ab omnibus Abrahamum, Indorum, Chaldæorum, Hebræorumque sapientibus cognouerant, (Hoc enim pr̄scis Hebræis in fidei articulis fuit) quod sicut assidue per quatuor anni tempora eadem virtus cœlestis donec unus compleatur annus, assidue eadem elementa in quatuor hominum singularum æstatibus donec consumetur unus homo suas reuoluunt vires & qualitates, sic etiam in vniuersam humani generis massam contingere , ut per quatuor Mundi ætates assidue reuoluantur, Mētes Spiritus Animæ & Temperamenta, & sic esse vniuersalis hominis est quatuor facies in vna statua. Rationem autem pœnæ & præmii per alligationes animarum diuersis corporibus , aut cœlestibus aut terrenis aut etiam inferis sustentabant. Spiritus enim quum loco non egeat, vbiuis aut in pœna, si Deo non fidit, aut in præmio si in eum sperat subsistere potest. Omnis autē reuolutio in quarto loco est cessatura, quod , quum variis authoritatibus exēplisq. in Declaratione Candelabri Moseos ex sacris,

eorumque vetustis interpretibus exposuerim, non est quod hic repetam: satis nunc fuerit expōnere, quomodo hæc quadrifrōs statua fuerit & esse debeat in summo apud Hebræos Doctrinæ lōco. Animal vnum pro consyderatione quaternarii habebant cuius nomen vocabant Mercaba, scientiam autem illam de Mercaua nuncupabāt. Basis autem eius Doctrinæ de quaternario & si est in toto scripturæ corpore reſpersa, tamen præcipue posita est palam in Iechezkelis principio cuius profetiæ nō sine cauſa sunt scriptæ extrā terram sanctam in Babylo‐ns, vt doctrina tradit secretior, eo quod ad ipsiue Babylonis id est gentium exterarum sacra, vti ad populi electi religionem spectat. Nam ea de re ad flumen Cobar, id est magnū est scripta visaque visio, quod & res externas vna & internas, naturales videlicet & supernaturales in hoc typo assumat. Sic autem scribit. Ex medio ipsius ignis (id est Spiritus naturam conſonentis) procedebat Similitudo quatuor animalium, & hie aspectus eorum, similitudo hominis in eis. quasi dicat licet in eo ſpectro ſit facies vna Leonis, altera Bouis, tertia Hominis, & quarta Aquilæ, tamen hoc totum ſpectrum non est nisi similitudo ipsius hominis magni & generalis. Ex totius enim generis humani Mappa & Tempore seu duratione fecere Quatuor facies, vnam à Meri

die, alteram à septentrione, tertiam ab ortu, & quartam ab occasu, primam Leonis, alteram vituli, tertiam hominis, quartam Aquilæ altissime animalium à terra volantis. Primum typum dedere Infantiae mundi & legi Naturali inviolabili animaliumque omnium fortissimo instar Leonis quem à luce vocat lingua sancta Ari. Altera bouis videlicet figura fuit instar iuuentutis, Quum sub tempore legis scriptæ labo riosissimæ & sacrificiis plenissimæ vixit mūdus, & quicquid Gratiarum habuit à Deo primo Mosaicæ genti & profetis fuit nomine vniuersi concessum. Romanis etiam pro laboris & agri culturæ signo fuit visitata bouis effigies. Tertia facies virilis videlicet ætatis completique corporis est sub hominis typo pro lege Gratiae, quæ tres ætates æqualibus adinuicem periodis mille & quingentorum annorum à suis æqualiter durauere principiis. Octingentos enim annos qui fuere à diluvio ad Mosem pro Mundi & legis rudimento pono, sicut & centum annos quibus in vniuersum ob editam diuinitus de diluvio sententiam Deus per Noachum prædicari voluit. Nunc superest Aquilæ & Quartum tempus senii videlicet huius Massæ in quo maxime Animi mentesque hominum sunt excitandi ut altissimè instar Aquilarum volando, in posterum restitutis omnibus & ad Naturæ legem

reductis, reuera omnes & singuli sciēt, id est per causam & propter causam omniū Deū omnia cognoscēt. Ea de re hactenus aut moribus tātum aut morib. & senili ætates simul, vniuersus orbis voluit senatoribus senibusq. magistratibus regi, vt virib. animorū, qui rerum vsu in hoc carcere corporis magis valent, quum corpus animam aggrauans est iam affectum. Hoc est quadri-frontis statuæ totius generis humani massæ videlicet statua, quam ea de re princeps profeta-rum sculpendam curauerat, vt vestigium pro-videntiæ, nostrum genus per varias ætates regē-tis, suis in ea statua proponeret Ianus Razi hi-nuis, ad quod argumentum totius Naturæ & supracœlestis, & cœlestis & terrenæ contempla-tio & scientia potest reduci. Sic enim & Fysica & Mores suis Eturiis tradidisse legitur, vt meri-tò ob suas institutiones diuinitatis nomen me-ruerit, habueritque. Nec vero in singulorum ætatibus tātum est à maioribus vstatum, vt res in quarta senilique ætate essent aut ex bonis op-timæ præstantissimæque aut ex perditis pessi-mæ, sed in cæteris etiam rebus ad quaternarium vsque repetitis id moris fuit. vnde, vt notauit in suis locorum communium historiis Valerius Maximus de Antiquis institutis, Massilienses Galliæ populi summa cum populo Rom. chari-tate vt prisci moris obseruantia conspicui tres

in eodem manumissiones inrescindi permettebant, si ter ab eodem Dominum deceptum cognouissent, Quarto autem errori subueniendū non putabant, quia sua iam culpa iniuriam cœpit qui ei se toties obiecit. Hæc ille. In sacrī autem est vītata eadem sententia. Ait enim dominum, profeta, parciturū super Tria scelera Damasci, Gazæ, Tyri, Aedomi, Ammonis, moabī quo nomine intelligit vniuersi populos, & similiter super Tria scelera Iudæ & Israēlis quō nomine omnes in ecclesia fidi positos, se vſurum misericordia, at super quartum scelus non conuersurum, eo quōd senium impium est deploratum. Hoc est cur in Iobo ethnico quidē authore sacrorum, sed tamen sanctissimo verissimoque notarunt patres Mosis auditores esse scriptum. Hoc certe cum singulis hominibus Tribus vicibus operatur Deus, vt reuocatis eorum animabus à corruptione, illas in lucem viventium reducat. Ille enim ex mēte filosofi agit, vbi ait Mēs autem sola immortalis extrinsecus accedit. Nullus enim mihi negauerit, quin sicut illi cœli influxus qui iam ex quo intellectus numerator tempus mensurat, incœperunt in inferiora defluere, aſidue in sua reuoluti principia denuo ad nos reuoluuntur, statis fixisque & notis Naturæ & Deo tēporibus, & sicut Quatuor clementa inferiōra non tantum per vnius eiusdemq.

demque ætates, sed etiam eadem omnino in va-
riorū indiuiduorū (quod enim resurgit spiritua-
le & immortale est) compositione, naturæ scitu-
redeūt, sic etiā spiritus & virtus siue mens vt se-
curis verbis utar, redeant ab uno in alium neces-
se est, quod omnino in sacris verum & in con-
fesso est. Et hæc est Quadrifrontis eiusdem Na-
turæ humanæ summa ratio, quæ infra se alias
innumerabiles habet. Nam & Lunæ cursus est
Quadrifrons singulis mensibus. Sol etiam Qua-
drifrons vt & annus singulis anni reuolutionib.
Sic plagæ mundi. Sic generales Naturæ in Vni-
tate, Veritate, Bonitate & Essentia positæ, Ter-
mini. Sic causæ Quatuor. Prima Ortū vti agēs
altera Austrum vti formalis superiorque, ter-
tia Brumam & materialia vt quæ est materialis
(antiqui enim austrum pro superiori & dextra
posuere, Aquilones pro inferiori & materiæ
impacto loco) Quartam autem in Occasu quæ
finalis est, Sic à coniunctione planetarum sunt
Quaterni asperitus. Sed quid non hanc statuam
& naturæ typum repræsentat? faciant finem

Quatuor facies eiusdem hominis, Qua-
tuor ecclesiæ tempora & Quatuor
Monarchiæ Babylonicae Assy-
ria, Media, Græcia,
Rhoma.

*De inaugurations ratione, Quodque eiusdem inaugura-
tions ratione Roma ipsa ab Eirusco iure
in sacris dependeret.*

AXIMVM validissimumque rerum arte aut consensu hominum constatum principium ille qui reuera omnium quæ sunt principium est, posuisse videtur, quum ait: vbi cunque duo vel tres conuenerint de quacunque re apud Deum aut apud me impetranda, ipsa fiet illis à patre meo. Sicut enim res natura constantes ideo insuis naturis perseverat, quod à numinib. aut Geniis illis naturis iussu diuino incubentib. convergentur, propterea quod pertinaciter conservatio nisi instent, sic res humano arbitrio consurgentes, ut sunt imperia, Regna, magistratus, ciuitates, & loca ad quidvis agendum delecta, pertinacib. hominū votis aut in summū Deūm aut in summā mentē aut in loci Geniū angelumue custodem vt vocant contendentibus & mutuo consensu conspirantibus constat, sicut quum dissimilantur animorum vota & concordia à propriis cuiusvis status membris nedum à Genio res destruuntur. Falluntur vero omnino inter nostræ tēpestatis Theologos qui putant vsque adeo in toto orbe terrarū ubi esset oraculum aut separata intelligentiæ actio ob quandam euocationē

fidem aut preces incitata , illam semper à malo
 Dæmone fuisse factam . Quæ enim esset Deo
 de rebus humanis cura , si solus malus spiritus
 absolute imperio orbis terrarū potiretur ? Vbi
 essent Custodes prouinciarum Angeli ? Nonne
 Persarum Angelus pro Persis ipsis à Deo vero
 alienis potuit obſistere Hebræorum in captiu-
 itatem adductorum angelo primario ? Verum
 quidem certe esse non negauerim , vt sensim ob-
 sceleta hominum vota facinoraque , eo quod
 vbiuis gētium suos reliquere Genios , ita malus
 Dæmon inualuerit , vt sensim sit factus huius
 Mundi princeps , bonosque Genios suis locis de-
 pulerit & sensim frigescētibus hominum votis
 eorum loca occuparit , sed absit hæc à prouiden-
 tia Dei impietas vt defuerint vnquam boni ge-
 nii singulis suis in locis reponendi quum intelli-
 gentiarum omnium princeps deturbato malo-
 rum Geniorū principe suam singulis locis red-
 diderit libertatem . Doctrinæ geniorum peritis
 sima antiquitas , eo quod per vitæ innocentiam
 illis erat conformis nil plane inaugurate aut in-
 auspicato agere voluisset , maxime autem in de-
 ligēdo aut templo aut Altari aut vrbī loco . Ideo
 sancti patres prisci moris instauratores in terra
 sancta , sua altaria & vrbium futurarum certa
 fundamenta non ponebant nisi vbi Dei spectrū
 visum fuisset . Vbiuis itaque gentium & locorū

erant Sacrifices qui præconceptis seu vt nostri dicunt formalibus verbis loca ipsa euocato in loci conseruationem loci Genio inaugurarent. Multo vero maxime Romæ aut Saturniæ etiā fuisse credendum est qui inaugurandi pollerent scientia. Sed à principio habitationis pater Janus humani generis author, concessit loca ipsi vrbi Ianiculo quæ & Antipolis opposita Saturno prisco à sua orientis sede deturbato, hac lege, vt illa pars vrbis solo flumine diuisæ & instar Fœmineæ partis sacrorum Etruscorum esset, & omnia sacra ab ipsis Eturiis quum opus esset peteret, non proprio sed Etrusco iure usura. Nisi enim à principio in hæc verba jurasset Saturnia, quū inuenisset suæ inaugurationis basim, putasne ad illos vates detulisset qui totius naturæ potentiam eliciebant, seque in summum discrimen adduxisset? Apud multos authores est descripta inauguratio Romæ, sed ita fabulis locupletata vt sententia Plinii mihi sit instar omnium. Sic autem ait quum proponit cæteris credenda quæ ipse licet essent verissima credere nollet, in lib. 28. initio quod in verbis sit virtus, & quædam quæ Deos aut substantias separatas cogat potestas. Inuenerunt, ait, Romani in fundamentis eius templi quod in Tarpeio construebant humanum caput. Quare legatos misere in Etruriaqñ, ad Olenum Calenum Va-

tem diuinum peritissimumque. Hic videns esse optimum Augurium tentauit in suos transferre, & baculo signata templi in quo inuenerant forma in terra ante se dixit. O Romani, dicitis hic debere esse templum Iouis Optimi Max? & dicitis hic inuenimus caput ? Pro certo tradunt Annales quod hoc facto (hoc est si respondissent hic) Traslatum fuisset numen ad Etruscos, nisi legati à filio vatis præmoniti sic respondissent, Non hic sed Romæ dicimus inuētum fuisse caput. Præconcepta verba inaugurationis non addit Plinius eo quod instar sacramentorum nostrorum habebantur. Nullum tamen est dubium quin in hanc proferrētur sententiam. Numen quisquis es Deorum qui tuæ præsentiae signum in tali. N. aut tali. N. loco manifestari populo Romano voluisti, fac ut Fœlix Faustaq. sit diutissime huius loci habitatio, eamque alterius gentis aut populi precibus inuitatus tractus illectus elictus nunquam velis relinquere. Sunt autem valde notanda ea verba Annalium quibus certo traditur Quod licet incogitantes Romani etiam contra votum & à Vate decepti fas si fuissent . Hic inuenimus, eo quod legati habebant totius populi autoritatem & vota, sollicitatum maioribus precibus numen defecisset. Si cut enim in contractibus humanis verba ipsa ligant, sic in diuinis . Vnde Tullus Hostilius ad

instar Numæ volens elicere fulmen , eo quòd non rite nec obseruatis præconceptis ritibus & verbis id fecisset, in suum caput fulmen elicitum attraxit . Vnde & Feciales ex hac disciplina Etrusca deducti quum de bello populis prius quam fieret denunciando mitterentur prius religiosissime de æquitate apud loci Genios pro populo Rhomano agebant , & demum illos ad potiorem cultum & honores multo maiores ab ipsis Romanis recipiendos dum à suis deficeret inuocare solebant . Non absimile Daniel pro Hebræorum populo in Captiuitate fecit , licet in omnipotētis Dei & Christi eius , qui mens mea tium est , impetravit magis contra voluntatem quām consensu angeli Persarū ut vt res habeat antequam omnino ieuniis & oratione & peccatorum sui populi confessione , concurrenteque populi pœnitentia & votis victus sit à Michaële & Gabriele Persarum angelus , non potuit respōsum de vera liberatione populi sui accœpisse . Quum itaq. Capitolii vbi Basis Romæ florentis fuit constituta , inauguratio sit ab Etruriæ vate petita quin etiam totius Rei sacræ apud Romanos authoritas , sit inde petita dubium non est . Maxime hoc monemur exemplo ut cōspiratio ne sacra tam erga Deum & Christum quām erga Angelum loci custodem in preces & sacra verba rumpamus , quod postquam in Christia-

nismo reuera fieri cessatum est non solum su-
mus omnino inter nos dissipati sed Angelus If-
maëlitarum nostrum cohibet. Nil enim plane in
hoc orbe mutationis fit, nisi Geniorum Angelo-
rumue cuiuslibet probi hominum confessus cu-
stodum opera aut remissione curetur, quod pes-
simi impiique homines potius in fortunam &
fortem, quam in Genii curam aut Dei prouidé-
tiam referre malunt. Hoc autem vnum docue-
rat in suis Fysicis Noachus, nil aliud Genios lo-
corum ministros & custodes esse quam virtutes
elicitas, & veluti partes membraque illius Men-
tis & Spiritus generalis quo Duce Deus hoc na-
turæ templum particulari nouoq. motu assidue
condit, reficit, mouet, instaurat & conseruat. Ut
autem ad rem redeuntes magis confirmatū re-
linquamus quod proposuimus argumentum,
Quod Romani haberēt ab Etrusco vate in ipsa
Etruria inaugurari inde patet, Quia tunc tem-
poris erat Romæ Augurum clarissimus Aetius
Neuius cuius ipse princeps Tarquinius Tem-
pli Tarpeii fundator, parum alioqui huic arti
tribuens maximum scissa per vim prædictionū
cum nouacula cote sumpserat experimentum,
Nec ab ipso tamen populo, nec à principe vo-
catus est ad inaugurandum.

*Quod Idea mnater Deorum non est ab Ida moe primū
à Troianis Romam delata sed illa eadem sit quae
Vesta ab ipsis Razi hinnis
consecrata.*



RIPLEX causa maximam priscæ Religionis origini peperit obscuritatem, adeo ut quid de quo dicatur vix possis coniicere quarum prima est summa sapientia Iani & suorum, in repræsentanda eadem sub vario appellationum genere persona: Secunda summa Græcorum in his imitandis & suis aliorumue populorum originibus religionibusue asscribendis licentia: Tertia summa historiæ veteris & maxime quæ Deorum origines traderet, penuria. Licet itaque & Pessinunte & Troia oriunda tanta dea credatur, (sicut hodie qui honos vbiuis gentium iam ab ipso religionis exortu diuæ virgini & Matri fuit habitus, videtur ad Lauretanam edem fuisse institutum,) tamen ex Duplici nomine mihi illam cādem esse quæ & Vesta persuadeo. Sicut enim vidimus nostra memoria diuinorum Christi membrorum quos sanctos nūcupamus, assidue innouatos fuisse cultus, quod historiarum beneficio certo scimus, sic apud Antiquos de priscis sanctis factum fuisse non est dubium. Licet itaque Romulus Romæ instaurator voluit videri

vt &

ut & vrbis sic & eius religionis author, eoq. nomine ipsi Vestæ visus sit prima posuisse templam certissimū est sicut antea & Vestæ templo & Vestales ex quarum vnius sacrilegio nasceretur erant Romæ antequam nasceretur, sic & Roma iam ante quām sibi illam adscriberet ter ut minimum fundata & instaurata fuerat, à Saturnitis, ab Euandri gente & Aeneadibus. Omnia autem sunt ad primas origines expendenda. Nulla reuera fœmina Mater Deū in tota antiquitate est merito habita, inter innumeras quas finxit illoque nomine donauit antiquitas, præter illam vnam de qua iam diximus! Quod autem illa Idæa est vocata significatione ιδητική est præstantissimum aptissimum & non à Græcis sed à lingua sancta petitum vocabulum. Disciplina enim illa quam Plato de Ideis suam fecit, tota est à secretioribus Mosis auditoribus profecta. Aiunt enim communi axiomate. Nil fit omnino in mundo inferiori quin prius fiat in superiori, in eius Idea, idest notione cognitione & specie. Quum autē supra iam exposuerimus substantias separatas in quarum mentibus resident veræ rerum species, esse duum generum, (aut enim in fine mouent, aut ut in locum) superioresque esse masculas, inferiores autem esse fœmininas, summas earum summa sanctitate viris & fœminis vñiri diximus. Nam & Mens

& Spiritus generalis vt extrinsecus in omnes homines adueniant cōparati sunt. Idēa itaq. mater Deūm summus ille Spiritus est Matri universi vnitus qui instar omnium est, vnde velut à præstantissima sui parte meruit IDEAE appellatio, quia mouet vt in locum. Eius enim institutione vbiuis delata gentium, factum est, vt rerū Domi coactarum inq. finem suum à viris conquistarum dispensatio conseruatioque sit concedita fœminis, vt sicut authore Deo nostræ omnium vitæ principium & corpus à patribus motum vt in finem ad hoc vt simus, in ipsis matribus vt in locū mouetur donec simus, sic idem in rerum conquistarum arteque partarum ratione obseruaretur. Licet autem Vesta prisco cultu & Romano, Idea autem ab uno Frygio & vna Frygia coleretur. tamen ex eo quod scriptum reliquit Dionys. Halicarnas. videtur vna eademque cum Vesta fuisse. Sic enim ait in secundo de Vestaliū agens historia. Quum enim primo bello Carthaginensi conflagraret Templum, & virgines ignem fugerent incendii Lucius Cæcilius Metellus Pontifex Maximus vir Consularis & qui Siciliensi contra Chartaginenses bello triumfum illum Rhomanis memorabilem parauerat in quo centum & triginta octo elefantes adduxit, ipse contempto proprio periculo ob publicam vtilitatem summo discrimi

ne vitæ insiliit in ardenter ignem, & res sacras ab ipsis Virginibus relietas ab igne eripuit, qua de re summos à ciuitate honores est consequens. Aiunt autem res illas sacras partem esse eorum rerum quæ erant consecratae in Samothracia quæ illic asseruabantur quasque Dardanus illuc detulerat in ciuitatem ab eo in ea insula factam, quasque Aeneas in Italiam veniens attulerat: Alii dicunt esse Palladion à Ioue datum. Hæc ille. Ex quib. verbis videtur seu Palladion seu res matris Ideæ essent quum essent in templo Vestæ ad Vestam quæ & Pallas, & Minerua & Fœmina dea Samothracū est, spectare, quæ ipsa primas origines ab Etruria authore Ianus eius marito habuit.

Quod ex Ciceronis sententia uidetur summam Romanae religionis autoritatem, semper ab ipsis Etruscis venisse.

V L L V M est dubium, quin illud quod in omnium nunc vslu gentium esse videtur in eorundem consensu semper fuerit. Certissimum est vbius gentium, illam haberi summam autoritatem à qua institutiones & præcepta cuiuscunque artis seu authoritatis sint, petuntur, & in dubiis reipub. occurrentibus recurritur, eiusque senten-

tiæ statut. Quum autem Romani ex illis iuuenibus principibus quos ad Hetruriæ populos de Religione informandos mitterent, aut etiam ex insimis conditione hominib. qualis Actius Næ vius fuisse legitur potuissent salubrius Domi Rhomæque instituisse doctrinæ Etruscæ optimæ illic semel conceptæ scholam, quam quotannis à se suos ablegasse iuuenes, nisi summa obstatisset quædam authoritas, nullum est dubium quin summa Doctrinæ Etruscæ authoritas semper apud suos seruaretur & summa tantum illuc esset. Quum autem summa reip. discrmina in prodigiis & portentis ostentisque versentur, adeo ut sit Res periculosisima quū portenta omnium mentes concusserint stare verbis iuratis in alicuius externæ authoritatis sententiâ, opus erat Etruscos summa integritate & esse & haberi à Romanis, & eorum in effando sententiam tanta esse authoritate ut à qua recedere populo Romano sine piaculo non liceret. Cicero autem et si more Academiæ in libris de Legib. ut & in tota filosofia tractatione disputat, est tamen vbiuis in rebus facti recitandis summa fide author, hic autem professus est libro de Legibus secundo postquam iuris Religiosi capita tractauit, se ea tradidisse quæ nec à religiosis Numæ constitutionib. nec à sui sœculi moribus admodum different, nullum est dubium quin

sit fide dignissimus; in iis referendis quæ suo etiam saeculo erant, sic fuerit inter Romanos & Etruscos couersatio, sicut & scripsit. Licet enim pridem & iam à Porsenæ regis temporibus imperata ciuilia Romanorum facerent Etrusci, tamen sacra illorum authoritas nunquam fuit diminuta. Sic habent verba consuetudinis Romanae. Bella, Disceptatio, Prodigia, Portenta, ad Etruscos & Aruspices si Senatus iusserit, deferrunto, Etruriæq. principes disciplinam docente. Quibus Divis creuerint procuranto. Idemque Fulgura atque Oscina pianto. Hæc lex. Quod autem ait, si Senatus iusserit videtur in arbitrio summo senatus res esse. Sed si quis ita cogitet illi diligenter est attendendum Quod summa authoritas siue sit in lege siue sit in persona aut dignitate duobus modis consistit. primo enim Patiendo dum consensu eorum qui in eius verba iurant illaque constituitur: secundo autem Agendo, dum illis qui eam consti tuerunt imperat, solet ubiuis gentium consistere. Vnde primo opus erat senatum illos elegisse constituisseq. communis consensu in summâ authoritatem ut mulier virum, secundo eorum statre decretis, ita ut si ambigeretur de Belli æquitate sumendumne esset, si de summa quadam re esset disceptatio inter authoritate aut iure patres quæ omnia cum sequentibus ad eam solam

erant referenda authoritatem quæ reuera esset
instar nostri summi Pontificatus, aut Concilii,
aut scholæ Theologicæ Parisiensis quæ alter-
cante Concilio & Pontifice de summa authori-
tate censuit, vbi locum tempus & homines illi
dedit Pontifex Concilium reuera esse super
summum Pontificem. Est autem illa præstan-
tissima totius mundi authoritas nō quæ digni-
tate nititur, sed cuius ob singularem rerum peri-
tiā summa semper fides in admiratione & sum-
mæ authoritatis loco est, Licet autem Dionys.
Halicarnas.scribat suo seculo omnino fere euau-
nisse doctrinam Etruscorum , (quòd contigit
vbiuis gentium & religionum & maxime hodie
videtur in nostra quæ omnino à spiritu illo per
quem crevit est destituta , & tanto in malis no-
centior quanto olim spiritu fuit præstantior) ta-
men ille idem testatur summæ & Diuinarum &
humanarum sapientiæ fuisse coniunctam olim
apud eos religionem , quam consenuisse post
duorum annorum millia à quo fuerat instituta
quid mirum? Nostra non tamdiu duravit. Illa
multo maiori tempore ideo stetit quòd summā
authoritatem dignitatibus nunquam macula-
ret. Ultimi tantum ob ignorantiam scientiæ
sefellere. Qui autem authoritate sine scientia
pollent , armis suam tutari ignorantiam solent.

*Quod Ianiculum arx Etruria, erat perfugium sum-
mum rerum sacrarum qua
Roma erant.*

ICET supra ex Plinii sententia docuerim quomodo ad occiduā Tyberis partem erat vrbis Antipolis, ad orientalem Saturnia, vnde multo ante quām Remus & Romulus essent, & religio & civitas Romana fuisse videtur, tamen quia maxime ad rem facit origines prīcas tantæ vrbis stabiliuisse, ex Virgilii sententia aliud nomine vrbis Antipoleos ad quam erat Romanorum rerum perfugium, subiungere visum est. Sic autem in octauo Aeneidos ait ex Carmentæ Sibyllæ sententia. Hæc duo præterea disiectis oppida muris, Reliquias veterumq. vides monumenta virorum. Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Ista confirmatissimam Ianini vniuersi parentis veri & non fabulosi reddūt historiam; & tanto magis quanto à gentis ambitionissimæ, omniaque ad suos retrahentis opinione sunt profecta. Confirmat hanc sententiam Ovidius in Fastorum libro primo, & ostendit quod licet vtrunque oppidum pridem ante Romulum fuerat, imo antè Aeneadas, tamen aetate prius Ianiculum. Sic enim ait Janus. Haec ego

Saturnum (memini) Tellure recepi, Cœlitib.
regnis à Ioue pulsus erat. & paulo post. Inde diu
genti mansit Saturnia nomen, Et dicta est Latium
terra latente Deo. Paulo post vero Ianus de se-
ipso. Ipse solum colui cuius placidissima laetitia
Radit arenosi Tybridis vnda latus : Ara mea
est colli quem vulgus nomine nostro Nuncupat
hæc ætas ianiculumque vocat. Et urbem itaque
& Aram & Montem Ianiculum à Ianu vocari
videmus antequā suo dignitatis Asiaticæ cœlo
pulsus Saturnus cogeretur in Italiam aduentare,
tunc quum iam res humanæ in Asia Domi-
nandi libidine erant concussæ. Vnde videtur
hoc à Romanis fuisse factum, ut Aurei sæculi
tempus in Saturnum tantum referant, quum du-
ce Ianu pridem ante fuisset exactum, imò iam
erat admodum affectum quum Saturnus fuit à
Ianu receptus. Quod autem Arx illa Ianiculi es-
set perfugium rerum sacrarū (quæ reuera quic-
quid sit nugata antiquitas, erat sanctæ Naomæ
Vestæ uxoris Noachi reliquiae ut nunc vo-
cant) maxime in templo Vestæ commissarum
apud Romanos, inde patet, quod ipsa vrbe à
Gallis capta vna cum sacris templis, Vestales in
ipsa hostium ora ad occiduum fluminis partem
transmisso ponte sublico fugiendo, res sacras à
præda & incendio raptas in Ianiculum ferebant,
quas miseratus quidam exonerauit easque res
sacras

sacras plaustro cū virginib. Cerete vt volūt, ad fīnes Vmbriæ trāsuexit, donec reb. cōpositis sunt Romā relatæ. Et reuera si nostraliceat, & cur nō liceat? cū antiquis cōponere, videbimus & nūc & olim eandē genii angelie Romani curā fuisse(sunt. n. angeli volūtatū Christi dispēsatores) in summa potestate mundi vltro & citro ad ripas Tyberis traducēda cōseruandaq. Fuerunt n. res Christianorū in augmento cōtinuo quan diu summa mūdi authoritas sedē ad Petri templū habuit veluti in suo Occidētis angulo. Quū autē reb. secūdis à Constantino inuitati transtulere sedē ad Imperatoris regiā in Lateranēsi pālatio vltra Tyberim posītā, tūc res omnino collabi cœpit, nec prius potuit quies vlla in Italia atq. Romæ haberī, quàm Duce Carolo Magno reb. cōpositis Leonina ciuitas est ad Ianiculū in Vaticano instaurata. Quisquis mundū regi pro uidētia nō negabit, hæc nō esse sine diuino nutu facta fatebitur. Quod. n. semel elegerat ille sanctorū sanctissimus Ianus Noachusue quū nulla diuinationis parte careret stabilia essent donec omnia restituantur necesse est. Omnia autem prius restitui non poterunt quàm cōposita sub vna potentia temporali quæ toti orbī imperet, Roma, summus etiam generalisq. totius orbis Pontifex in Syria ad Busta Adami reponatur, & ab imperatore Romano ibidem conseruetur. Ea enim de rē Etrusci licet essent maiori

authoritate quām Maximi Romanorum pontifices, tamen sibi eam autoritatē nunquam vendicare debuere, donec expulso à sua sede Syria ca Melchisedeco secundogenito ipsius Noachi, qui reprobatus est in Christo eius ordinis Antistite, tandem ipsa sacra sedes constitueretur cū manifesta authoritate ad Ianiculum vrbem, & non ad Saturniam, donec rursus restitutis omnibus in ea loca in quæ Christus Homoeus venerat IN PROPRIA, alioqui vniuersi dominus, summus eius Pontificatus reducatur. Hæc erat causa cur esset Etruria sacrorum Romanorum perfugium, & cur vtraque vrbis, subilio & non solido ponte coniungeretur, à quo in sua creatione faciendo nomen habebant Romani pontifices.

Quid sibi voluerit olim pons inter Rhomanos & Eiruscos refectio aut factio si dici posset, unde pontificum vocabulum tractum est.



V O D penes illum summa totius religionis autoritas esset apud Romanos qui Pontificis Maximi nomine diceretur, quodque illa vox pontifex à ponte faciendo deducta esset nemini Latinorum ignotum est. Cur autem pons fieret quisnam ille pons esset me legisse certe non

mēmīni. De industria vero antiquitas ea omnia
quæ erant in maximis mysteriis & originibus
religionis posita ita abscondere voluit, ut vix po-
steritas coniicere illa potuerit, ne videlicet illa
vilescerēt si cōmunia semel fierent, & vt à vulgi
sensu remota in maiori versarētur æstimatione.
& admiratione. Vnde cōiectura assequi necesse
est quod historia reticet, aut si alicubi est traditū
nunc non succurrit donec aut alii recentiori hu-
manitatis memoria imbuti (iam enim fere de-
cennio ab humanarū disciplinarū lectione absu-
mus) hoc prodāt. Quòd autē ille pons sublicius
esset à quo faciendo dicti sunt pontifices ideo
mihi persuadeo , quòd usque adeo in religione
fuerit positum ut ligno compactum esset, ut quū
Roma fuerit è regione illius utrinque antiquissi-
ma tam ad Ianiculum videlicet quam ad Auen-
tinum montem tamen ad Flumentanam usque
portam secundum fluuum aucta , & lapideis
pulcherrimisque pontibus ornata semper subli-
cium ut trabibus conficeretur dimisit. Mereba-
tur autem ante omnes marmoreus vel ob vnum
Coclitis facinus fieri. Ridenda autē sunt somnia
quorundam qui dicunt eo quòd curam habent
pontium reficiendorum nomen habuisse. Alii
autem sed Theologice magis quòd instar pon-
tis per mundi pericula homines transuehant,
quasi belli duces consules & imperatores mili-

tiae nomine populi susceptae algoribus fracti &
 nustique non essent veriores pontifices. Vnus
 instar omnium Dionys. Halic. lib. Rom. hist. se-
 cundo satis indicat ab vno ponte ligneo reficie-
 do tantum vocatos fuisse, vnde quum vnum tan-
 tum pons illeque proximus & religione sacer,
 eque ligno semper constans esset Romæ, dedu-
 xi meæ sententiæ originem. Ut ut res habeat,
 nemo mihi negabit Saturnum Romanorū ori-
 talium parentem à Iano religionis authore &
 hominum Deorumque parente (sanctos enim
 & deos in eodē loco pono) hoc beneficii acce-
 pisse ut profugo delitescentiæ sint datae sedes.
 Quare quū teste Cicerone, Macrobio, Seruio,
 Ouidio, Virgilio & quotquot vñquam de ipso
 tractarunt, esset religionis primariæ veriorisq.
 author, nullum est dubium quin sicut autho-
 ritatem ciuilem seu temporalem dedit Saturno,
 qui eidem ea lege etiam ipsam sacram seu ponti-
 ficiam tradiderit, vt quæ semper esset suæ origi-
 ni Etrusca obnoxia. Hoc enim ex vsu & ordine
 rerum humanarum est. Inde factum est vt licet
 Romani ius sui pontificis eligendi haberet, non
 nisi Etrusca doctrina apud ipsos Etruscos imbui-
 tum egregie, eligere poterant. Nullum autem
 dubium est, quum pontificis summi dignitas vbi
 uis gentium (hoc enim ex vsu naturæ est) sem-
 per fuerit tanto maior omnibusque ciuilibus

excellentior, quanto maior est digniorque animus corpore, quin etiam in suæ electionis aut initiationis ritu summum quoddam Dei erga homines beneficium repræsentaret. Quum autem nullum vñquam maius aut memorabilius beneficium acceperint, quām quum ratis arcæve ligneæ beneficio conseruata est humana natura, Pontifex vero ille sit præstantissimus cui hoc diuina concessit prouidentia, vt superstites reliquias ligni beneficio conseruaret, crediderim sane hunc sacri ritus fuisse rationem, vt quisquis fieret pontifex hoc signo reficiendi super aquas lignei pontis ostenderet se ab eius auctoritate pendere qui vniuersum seruasset. Huius rei sane etū cultus ritusque omnino defuisset, certe memoria posteritati commendatissima deesse non poterat. Præterea quum flumina sint vbiuis instar limitum à natura posita, Pontifices autem in primis vt qui prima erant auctoritate satagere deberent, vt in maxima concordia vna versarentur & Ianitæ Etruscue & Saturnitæ Romanie veluti vna domus, ad hoc tanquam primogeniti, se paratos esse ad pacem ex sui populi parte ostenderent viamque communem in ponte sternerent, veluti in interregno pontificio pax decessisset, quam nouus se instaurare ponte refecto testaretur. Quod autem essent summa auctoritate, & à quibus prima pacis

ratio peteretur : hoc vero licet omniū gentium
vſu probatissimum est , tamen etiam testatur
Halicarnassei sententia quum ait in secundo. Co-
gunt quidem vniuersum sacerdotum ordinem
eorumque familias ne quid in rebus sacris erro-
ris committant. Priuatis aut ignorantibus quo
cultu & Dii & Genii coli deberent , erant insti-
tutores & profetæ. Et si quisquam inueniretur
eorum sententiæ non paruisse ipsum puniebant.
Ad omnia autem attendebant , nec poterant ab
ullo accusari vel puniri , nec populo nec senatu
villam reddcabant rerum à se gestarum rationem
Hæc Dionysius : cuius sententiæ veritas omni-
no in Christianismi pontificatu summo videtur
translata. De Diis tantum & Geniis colendis ra-
tio diuersa est , qua de re nobis inquisitio subiū-
genda videtur , & ante omnia de Geniorum ori-
ginibus & natura. Hoc enim erat totius priscæ
religionis origo & finis ut certis statisque rebus
diebus & locis colerentur , & ante omnia sum-
mus ille crederetur habereturque & ritu æter-
no omniumque nomine , cultu diuino deoque
æquali honoraretur cuius iussu & cura genus
humanum à clade diluuii liberatum est.

Cæteri enim omnes vna cum suis
populis vieti
funt.

De Geniorum natura & origine cultuque.

V V M sit mihi finis propositus ad hoc de Etrusca & Antiquissima primaque & humani generis, & Religionis origine tractare, vt cognitis ratione cœli geniis huius orbis inferioris custodib. tandem summus instar omnium colatur, quumq. sit æquum religionem erga Deū stabiliri, ob ea miracula insignia quæ in humani generis salutem sunt diuinitus facta, summa autē memoria fiat à Christianis de Christi passione resurrectioneque , à Iudæis de Matis rubri transitu, mihi est etiam hoc propositū, vt nomine liberationis vniuersi mundi ab aquis diluuij, summa gratiarum actio ipsi repurgatori seruatorique mundi constituatur, quamdiu mundus durabit duratura eo quod iam totis fere quatuor annorum milib. est debita ob cessationem eius vsura . Licet autem sciam in ipsius Assyriæ & Armeniæ finibus primum post diluum incœpisse crescere genus humanum ex Noachi domo sanguineq. similiter mihi sit notum primam sedem summi pontificatus Semo secundogenito Noachi in terra Syriæ sanctæ ubi Melchisedec uocatus est, fuisse constitutam, tamen eo quod pater mundi Noachus in Asia

sedem non fixit sedes autem Melchisedeci ha-
bet suas institutiones originesque in sacrificiis vbi
nec pater nec mater eius legitur , voco humani
generis principium vbi author eius voluit palā
primas posuisse sedes . Quum itaque primum
eius institutionis sacræ præscriptū esset , de Ge-
niis inuocandis cultuque captandis ; iure mihi
de eorum natura dicendum est , eo quòd prima
• sacramentorum Etruscorum institutio in hoc esset po-
sita , vt ait ille frondenti tempora ramo Impli-
cat , & Geniumque loci primamque Deorum
Tellurem Nymfasq. & ignota precatur Flumi-
na &c . Quum principem in suo opere virum
Aeneam describat , non est dubium quin illi
etiam vetustissimum optimumque & vñitatiissi-
mum colendi ritum tribuat . Iam à Filosoforū
proceribus est coheretum vniuersi cauissam o-
mnino primam , esse omnino immotā & omni-
no immobilem Deum optimum Maximum cu-
ius imperio æterno stat præsens mundi Thea-
trum , & naturæ templum . Si autem repentinō
eius imperio cogitur simpliciter mundus vt sit ,
quum omnia ab æterno præuideat , necesse est ,
vt ab æterno & in instanti momentoue , omnia
quæ semel præuidit & esse voluit quum semper
eadem voluntate & nunquā mutabili aut noua
illa esse velit , est inquam necesse , vt omnia una
nata sint , & æterna sint , **Quod** quidem quum
omnino

omnino falsum esse in hoc sensibili mundo videatur in quo omnia quæ nascuntur nunquam reueraunt, sed assiduis generatiōib.corruptionibusq. alterātur, falsus est omnino conatus Aristotelis & eorū qui originē mundo nolunt tribuere , eo quod dicant Deum necessario existentē quū sit actus purus & nullo modo mutabilis , etiam necessario semper habuisse mundum in quo eius actus exerceretur . Sicut enim ea quæ sub tempore fiunt & antequam essent non fuerunt , eo quod antea non fuerint nihil eius derogant potentia per quam fiunt , sic nec Materia prima, nec elementa nec cœlum ipsum est necessarium ideo fuisse , quod ab æterno Deus sit, & esse illa voluerit . Sicut itaque accommodata ad res creandas eius potentia videmus totius naturæ assiduas mutationes fieri , & nasci esseque ea quæ non erant,sic & prima rerum materialium principia uti materia primaquæ est instar omnium, non habuit suum principium nisi accommodata creatoris ad eius essentiam potentia. Et sicut videmus esse longe magis rationi per quām omnia sunt examināda, consentaneum, ut prima potentia causaq.sit libera & perse potens,quām ut sit agere coacta , & non nisi cum alio possit sua potentia frui, sic est opinio imò veritas Platonis & eorum qui dant principium mundo multo præstantior opinione eius discipuli Aristote

lis per quem reuera orbis fere totus in impietatem abiit. Vult enim Plato Deum vti est, esse liberrimum qui nil agat coactus, & fœlicissimum qui nullo subiecto egeat in hoc inferiori mundo in quod suum actum purum exerceat: Contra Aristoteles & eius alumni volunt ut coactus sit ab æterno in materiam primam egisse, & non potuisse suum actum purum exercuisse, nisi ad esset necessario ipsi acturo Materia prima & quæ ex ipsa nascuntur. Sed reuera nisi impietate laborasset Aristoteles, fugeretque ne vnquam de substantiis separatis ageret, idem plane cum præceptore dixisset. Sed à suo præceptore multa turbans, vt ait Cicero, discessit. Ab æterno itaque Deus mundum æternum cōdidit, sed in ea specie in qua reuera est Aeternus Immortalisque. Quum enim æterna illa Potētia Sapientia & Bonitas Benevolentiae à qua necessario sunt omnia quæ sunt, sit infinita, ad hoc ut mundum sensibilem olim in esse deduceret ante omnia sategit ut crearet sibique vniret Mentem vnam generalem, quam alii Intellectum generalē dicunt, naturam tanta potentiae sapientiae & bonitatis capacitate, ut cuius apex summus ipsi immobili diuinitati vniretur, & cuius opera mobili & ad indiuidua per varia tempora applicabili, tota formarum ratio in vniuerso dispensaretur. Est enim facies illa speciesue aut Idæa

generalisue forma omnium facierum, specierū
idearum aut formarum. Illa sanctiori vocabulo
Sapientia creata dicitur. Quum autem forma
nulla sit sine sua Materia aut fœminea parte cō-
prehensibilis, illi est addita sua pars inferior in
qua omnia habituentur tanquam in intellectu
possibili generali, quæcunque sunt in materia
individuanda formandaue. Ab his duabus intel-
ligentiis vna iunctis (nam ista non transcendir
extremam cœlestium orbium materiam estque
coniuncta per suam summam partem superiori,
sicuti superior est unita Deo) totius naturæ mo-
les est sensim & de nihilo in hanc formā ad con-
uexum usque cœlorum longissimis interuallis
deducta. Pars accidentibus spoliata est cœlo af-
signata. Quum autem singulæ tantæ mentis &
tanti spiritus partes à centro cœperint mundi
massam in sublime attollere, tunc sicuti à spiri-
tu nostra corpora inhabitante videmus, cœpe-
runt quadam familiaritate diuersas elemento-
rum & cœli partes sibi vendicare. Tertia autē
diei creationis & diluvii vicissitudo omnia in
orbe terrarum mutauit, ita ut sola integritas in
cœlo remanserit. Sicut autem à corporis passio-
nibus videmus animam affici & quasi tingi & læ-
di, & contra corpus ipsum ab impetu spiritus
frangi debilitarie, sic partes variæ illarum dua-
rum naturarum in Molis huius mundanæ mas-

sam suarum naturarū odores reliquerunt . sicut enim in homine paruoque mundo videmus , sic in magno mundo est . Vna enim anima tantum in nobis agens totaq . in toto , & tota in qualibet parte residens licet vna vnica & simplicissima sit , tamen suis partib . ita differenter agit ut qua agit in vita cordi ministranda non agat in cerebro viuificando aut contrà , sic nec à qualibet parte possunt officia eius in quamlibet alteram transmutari : sicut in corpore mundi licet sit vna Mens aut Intellectus agens tantum & unus spiritus Intellectus possibilis tantum , tamen suarū partium vestigia vbiuis pro partium mundi diversitate reliquit , sibique eas potissimum partes vendicauit quibus de potentia in actum edendis & hactenus conseruandis præfuit . Materialis autem spiritus partes sunt veluti soperitæ inque terræ & aquæ natura respersæ dormientesque vnde prisorum preces , nec vegetari solent nisi concurrente in vota Mente generali quatenus est nobis impacta & extrinsecus in nos aduenit . sunt itaque illi duo fontes Geniorum bonorum vbiuis in natura ad nostrum subsidium comparatorum , quæ tamen rarissime nisi inuocentur cœlitus adsunt . Quum autem vniuersitas naturæ ministret primæ & Deo vnitæ Intelligentiæ , insignis pars earum intelligentiarum quæ dispositioni materiali mundi præerat conata est arri-

pere sibi imperium , & sibi in hoc mundo tenebricoso sedem posuit, malorumque & inferiorum Dæmonum nomine vocata vbiuis gentiū & religionum in confessio, & notissima est. Hāc olim ne noceret syncerioris persuasionis antistites quibusdam sacris auerruncabant. Qui in hoc superborum genere sunt maxime impacti materiae Incubi & Succubi vocantur . Incubi à mentibus : Succubi à spiritib. vti foeminæ deflexere , cuius vtriusque generis nostra etiam ætate inter Striges & Maleficos sunt notissima commercia congressus , Manifestissimum autem signum spirituum olim per totam terræ massam sparsorum videmus, quia in mediis densissimis maximisque saxorum duriſimorum molibus, videmus non tantum à nimalium , arborum, pīsciumq. & rerum omnium naturalium figuras in materia impressas, sed etiam artificialium mutas figuras, quæ illic non potuere aliter insculpi, quam ab intelligentia omnia cognoscente, & fax condensante. Inde quum vota erga bonos sunt summa fide directa, statim summæ mentis ministri membraque adfuere inuocantibus, vti sacris precibus elicita. Contrà quum perditи homines religione ad solam hypocrism abutētes se se sponte conformes fecere perditis & per superbiam depravatis Dæmonibus inque generis humani ruinam armatis, illi in locum bonorum

cœpere dare Responsa oracula somnia verba
donec ex verissimo cultu in falsissimum tradu-
xerint, adeo ut palam in India horrenda vt pin-
gi solet potestque figura, Dæmon hodie adhuc
colatur. Credidit autem antiquitas originum
ignara ex Terræ vaporibus hos spiritus nasci,
& quosdā Deos Dæmonesue nasci & interire,
eo quòd votis humanis videbantur vno tempo-
re posse elici, & alio minime. Sed non animad-
uerterunt, quòd sicut impii homines relictis bo-
nis sæculi aurei ducibus vbiuis gentium tunc
euocari & adesse solitis, in summam malorum
impostorumque familiaritatem deuenere, sic
vbi visum est intelligentiarum omnium paren-
ti, omnino sunt exibilati expulsique mali spiri-
tus, & Dii sanctiue homines Mente reformati
veraque Christi membra in eorum loca succe-
fere, quorum miracula ideo iampridem inter-
nos cessarunt, quòd nulli aut perpauci sint qui
illis aut omnium capiti Christo conformari se
studeant. Ab illis & qui supra cœlū & qui in cœ-
lo & qui inter elemēta, & qui ad centrum terræ
versus aquilones adacti sunt, assidue aut spectra
verorum elementis vestita aut temporaria fan-
tasmatia fuscitantur, ad tredecim genera ex Mē-
tibus aut totidem ex spiritibus, aut ex Pseudo-
nois falsisue Mentibus ex pseudopneumatis fal-
sisue spiritibus totidem. Sunt enim decem ge-

nera mouentiū vt in finē, qui mentes sūnt, sūnt totidem genera mouentium vt in locū qui sp̄i-
tus sunt. Totidem illis in vtroque genere aduer-
santur. Quandoque autem aut vno simplicique
elemēto induuntur & fiunt spectra quatuor ge-
nerū. Inde ex binis elemētis fiunt sena: ex ternis
duo & ex quatuorū vn solū, quæ sūnt tredecim,
ex quorum genere erant illi qui tantum oblecta-
bantur temperamento humano, vt quum illos
eiiceret illorum omnium imperator Christus
ab eo rogando impetraverint vt in temperamē-
tum porcorum humano proximū non sine ma-
gno mitterentur mysterio. fatentur vero medi-
ci suillam esse temperamēto humano proximā.
Deinde inter has pestes bonis oppositas sunt
qui se opponant duodecim signorū aut septem
planetarum aut septuaginta duorum decamo-
riorum angulorumue mundi & in summa o-
mnium prouinciarum vrbium regnorumque
& imperiorū, imò etiam ipsorum hominum cu-
stodibus. Sunt tamen omnino ex vno decem
motorum ordine deturbati. Hac de re antiqui
inuocabāt virtutes Terræ & Aquæ dominatri-
ces, vt nocturnis obstanter. nocturnos autem
etiam ne nocerent placabant. Illis enim Hircus
in desertum ad Azazel destinatus populi pecca-
tis onustus immundusque & ipsum summum
pontificem tactu inficiens, viuusque mittebatur

donec vngeretur sanctus sanctorum, quiq[ue] im-
perio mero illos confringeret Christus. Genii
autem sunt virtutes inferius locis incumbentes
precibus votisque excitabiles cœlitusq[ue]. ibi ad-
dictæ quarum masculæ superioresq[ue]. partes sunt
angeli, ita vt illi sint purus subdeo actus naturæ
arbiter, hi autē sint instar potentia, & intellectus
possibilis: sicut enim videmus nō excitari actua-
lem formam nisi prius disposita materia de eius
potentia educatur, sic in votis humanis est: Nisi
enim materialem suscitaueris, inferioribusque
votis satisfacere in loco curaueris, superior non
est ad futurus, nisi absolute in nomine Mentiū
& spirituum omnium principis per vitæ diuinæ
similem cum intelligentiis habitum, vt fecere
possuntque facere veri Christi imitatores, quæ
est via ad cœlestia omnia euocanda certissima,
quaque duce Noachus non tantum cœlestia si-
bi numina conciliauit, sed illa etiam quæ ratio-
nis sunt expertia in suum coëgit imperium. Sed
vt ad rationes redeam antiquitatis, verba Plinii
pro fine huius capititis ponam. Flaccus Verrius
ponit authores quibus credat, quos ait asserere,
Sacerdotes Romanos in expiatione vrbiū quæ
oppugnarentur solitos esse Genios illos deosue-
illius ciuitatis euocare pollicerique illis & loca
magis augusta & cultum ampliorem apud Ro-
manos. Durat etiamnum hoc sacrificium in di-
sciplina

sciplina pontificum . Et ea de re occultum erat nomen illius genii in cuius tutela Roma erat, ne quisquam hostium posset illum sacrificiis ad se allicere . Ex quibus Plinii verbis videtur summam primamque originem Romani & multo maxime Etrusci cultus ingeniorum nomine origine euocatione & cultu esse positam , ita ut ob genii custodiam & Genio & vrbi commune non men imponeretur. Nam vtrumque scriptum reperitur & occultum fuisse Genii , & vrbis non men, ne euocatus Genius vrbem relinquere destruendam .

Quād Etrusci tanta erant Geniorum angelorumue cognitione vt scirent qui cultus & qua sacra quos decerent.

 R E V I S S I M A est sententia Cicerois quam supra vna cum aliis citauimus de Etruscis , sed sensu longissima. Ait enim Etruriæ principes disciplinam sacrorum docento . Quibus diuis creuerint procuranto. Ultima isthæc periodus discutienda mihi est. Totus orbis post diluuiū omnino inhabitatus sensim fuit ex vna domo sensim auctis familiis missisq. coloniis in suam habitationem reducendus, ita ut sicut herbæ, arbores, fruges, animantia sensim fuere in sua in-

Λ

crementa reducenda, sic & consortia hominum
& vrbes prouinciæ imperia regna fuere à suis
principiis in sua augmenta crescendo traducen-
da. Quum autem singulis locis & conuentibus
sua præsint numina cœlique virtutes adhoc vt
rite institutis crescentibus & confirmatis popu-
lis Genii seruarentur propitii, opus erat vt du-
plici sciētia & singulari bonitate sanctitateue pri-
mi valerent Razi hinui. Ad hoc enim vt nomē
naturaue Genii vbiuis innotesceret, opus erat
summa Syderum virtutumq. cœlestium cogni-
tione & scientia valerent, & vbi influxum cœli
in loca ipsa decumbere nossent, Genium ipsius
& non alterius partis cœli dominum cognosce-
re dato ex cœlo nomine possent, perque vitæ
conformatitatem euocatum respondentemque
compellarent. Quum autem vetusta Chaldæo-
rum doctrina sint ita dispositæ omnes creaturæ
ipso homine inferiores vt sint per suas classes
cœli virtutibus addictæ, opus erat Etruscorum sum-
ma Magiæ veræ sanctæque sapientia pollere, vt
illo rituoso infantiliq. aut iuuenili sæculo apti-
sime quid quibusque diuis creuisset procuraré,
non & loca resue Geniis & Genios locis, sed vt
sibi gratas & addictas res curarent in cultu ades-
se offerrique, quam ad rem & cœlestium & ele-
mentiarum doctrinarum rerumque cognitio-
ne opus erat. Ideo merito summi sapientiæ

Antistites crediti sunt. Sic autem per eorum disciplinas vsu sapientum olim tam probatas, quam vbi consenuissent & ad imperitorum impostorumque manus peruenere, fuere odiosæ neglectaque tanquam quæ nil vñquam veritatis habuissent, factum illud olim fuit, quod facere nos vñus Christus per sua sacra docuit, Filosofus autem per demonstrabiles disciplinas. Didicimus enim summa authoritate & ratione multas esse Intelligentias separatas, vnde sequitur vt inter multa eiusdem generis sit aliquod primum, quod sit instar cæterorum, cuiusque solius imperiis cætera omnia & sint & moueantur & conseruentur, ad cuius cognitionem Etrusci quum deligerent quæ quibus diuis creuissent, si discussissent omnia, venire opus erat, vt reuera venerant. Ideo Iouis nomine illum appellabant spiritum qui in summo gradu comprehendı potest. Nec est putadum quum Iouem Optimum Maximum colerent, vt sacra perditissimis hominibus Nimrodo Asiatico Tyranno aliisue eius Tyrannidis & ambitiosæ superbiæ successorib. qui Saturnū priscum à sua sede depulerant exulareque Asia coegerant, aut ipsi Ioui pæderastæ Creteni, sacra facerent, quum illi in nomen sacrosanctum primæ mentis inuolassent, non tantum gloriæ inferioris mundi audi raptores, sed cœlestis & summæ in summo nomine occupa-

tores. Illud enim sacrosanctum & Tetragrammatum nomen quod prisci Hebrei in summis habuere secretis, quoque ex æquo & Deum immotum immobilemque, & sapientiam creatam increatae consubstantialiter unitam significabat profetæ, perditissimus Babyloniæ fundator Nimrodus una cum sacris ritualibusue libris fatus fuerat, sibique tanquam qui summum sapientiæ attigisset aut in quem summa mens cœlitus extrinsecusue aduenisset attribuens nomine Louis dici volebat, ut & Græciæ impostores qui ἥσυχος pro Louis dixerat. Hanc impietatem nouerat & pater Janus & Etrusci doctores, quare primæ Intelligentiæ Mentis mobili sub nomine Louis sacra faciebant ubiuis gentium. Licet enim ex vi Cœli & Astronomiæ cognoscerent Genios, tamen quia raras Provincias in Terrarum orbe prisca designarat Antiquitas cui parti cœli subessent, ideo ille Intellectus qui instar omnium esset Louis nomine ubiuis gentium colebatur tanquam uniuersi dominus cuiusque cœteri membra, & partes essent. Verum quidem certe est licet primus ille Genius, Angelus, Intellectus, Mens aut spiritus curam uniuersi habeat, & ubiuis terrarum dominetur, tamen ille ipse Iehouas diligit portas Zionis arcis Ierosolymitanæ plusquam omnia duodecim Tabernacula duodecim filiorum Iacob & gentis Iudaicæ ele

tionem, eo quod ab æterno erat ita constitutum,
etiam si homo nunquam seipsum destruxisset ut
ad illas Portas Zion in propria veniret, nomine
imperfectionis humanæ summo Deo satisfactu-
rus, cuius ea de re Iudæi adhuc expectant ibi-
dem futurum aduentum ante 1550. annos elap-
sum.

*De Geniorum, spectrorum, Heroum & Mencium natu-
ra & quomodo per cœlestium rerum cogni-
tionem etiam prima Mēns Geniusue
potuerit cognosci.*

 T impiissime ita verissime duas Pli-
nius protulit in eodem loco senten-
tias consyderatu dignissimas. Sum-
ma enim impietate Cap. 2. lib. 28. scri-
ptum reliquit diuinam clementiam non potuise-
re hominibus dedisse maius donum quam ut
Nulla diuina miracula credatur, quod quidem
axioma si ad Aruspicioꝝ & extispicioꝝ du-
biorumque responsorum quæ ex religione cor-
rupta referuntur rationes velles aestimare & nō
ultra, bene quidem haberet, Quum autem de
illis omnibus dicat miraculis, quæ olim conti-
gere Annalibusque sunt mandata ut omnino
tollat curam diuinæ prouidentiæ à mundo im-
pietatis plenissima est opinio. Verissima autem

illa est qua supra hanç dixit Nil attinere res diuinæ illis qui animum non adhibuerint. Animi itaque adhibitio credulitas curaq. facit, vt vñus innumera videre & pati possit diuinitus, quæ alias quidem acutiore forsæ sensu non videat. Hinc vidimus hactenus profetas eo quòd assidue circa diuinæ naturæ consyderationem tanquam circa summum scire, sint occupati, quoq. modo curam rerum humanarum habeat assidue cogitent sunt eiusdem naturæ particeps & diuinatione prædicti. Per impietatem quidem sententiæ Plinianæ affinem factum est, eo quòd nullus amplius credat Deum humanas res curare, vt nil plane rerum supernaturalium credamus aut si maxime sint aut fiant fateri animumque illis adhibere velimus, quare ab ipsa sententia tanquam à summa peste mundi fugiendum est. Deus aut Natura communiter non agunt nisi in Materia disposita. Non tantum itaque viro bono est fugiendum ab hac impia opinione, sed contendendum illi est, vt maxime amando querendoque quod nouit in causis præstantissimum, adhibeat rebus omnibus & maxime miraculosis & extra naturæ consuetudinem factis animum, vt omnia Deo authore fieri certissime credat, quumque Deus nullo modo particulari aut novo motu moveatur, & res per se non possint, maxime vt sint, aut postquam sunt,

ut non sint, & seipsas destruant, moueri necessaria
rium est assidue illam mentem primam assidue
mobilem deoq. vnitam qua duce & misericordia,
& iustitia Dei assidue dispensatur reuereri
colereque. Vt hoc in vniuerso orbe fieret sunt
inditi vbiuis locorum Genii sic dicti, quod Ge-
nerationi in illis locis fieri solitæ præsint, con-
seruentque in suis naturis singulas generationes
cum animantium plantarumque aptis vni loco
gentique speciebus. Ideo natus in Græcia Gre-
citatem, in Italia Italitatem, in Gallia Gallitatē
natura redolet. Sic de vino & fructibus. Spe-
ctra autem dicuntur quod sese Genius Angelus
aut Dæmon malus, corpore ad tempus aptato,
ob aliquod signum quod diuina prouidentia in
uisibilis vult ibi cognosci interpretarique, mani
festat. Sunt aut genera talium duo & quinqua-
ginta ex elementis solum vestita. Bonorum &
malorum spirituum sunt quadraginta genera ex
sfærarum ratione nata. Quum lumine vestiun-
tur, varii sunt gradus alii, vi & stellarum luuien.
Qui præsunt signis duodecim sunt 240. qui
obstant totidem. Qui præsunt 72. angulis De-
camoriis 1440. qui obstant totidem ex nume-
ro decem orbium deducti, & principes omnes.
fuit autem antiquorum resolutissima sententia
in vna illa mente quæ extrinsecus in omnes ho-
mines diuinitus ratione formandos adueniat,

& demum in suum resorbeatur principium na-
sci formam humani generis , ita vt vocarint Ge-
norum Angelorumue Genus Heroicum diui-
numque & Deos Heroësque postquam in cor-
poribus feliciter & secundum virtutem, ad sum-
mæ mentis honorem vixissent, quos sanctos mo-
destiore quidem sed eodem plane significante
vocabulo nostri vocant . Eo enim quisque san-
ctior aut diuinior habeatur oportet, quo magis
conformari omnium Intelligentiarum principi
Christo sategerit . Quum autem Etrusci tanta
rerum Cœlestium cognitione polllerent, vt pos-
sent quoties libitum esset elicere I O V A M ge-
nios, fulmina, vt certissimis annalium monumē-
tis traditum est, nulla sunt parte inferiores ipsis.
Magis orientibus putandi , quum à principe
omnium doctrinarum essent formati. In sum-
mæ autem veritatis monumentis traditū est, tā-
ta polluisse Astrorum scientia Magos, vt, quum
sacrorum cura apud ipsos Iudæos & eorum ma-
gistratus periisset ob incuriam, illis ad res fluxas
omnino attentis , Magi ipsis per syderum scien-
tiam excitati venerint ad Iudæorum regnum
sub primo cœli aspectu positum Regem illorū
adorandum requisituri . Licet autem ipsis sci-
rent aliquando summam mentem quæ est mēs
mentium incarnandam , & futuram non solum
Angelorum Geniorumque sed hominum prin-
cipem

cipem & Deum à toto terrarum orbe adorandum, tamen quia tempus eius àduentus scire non poterant, ipsa diuina prouidentia voluit ut eius regionis Genius stellæ spectro vestitus illos à finibus Orientis in Iudeam vsq. conduceret, & ibidem postquam aduenissent vsquequo ille nasceretur delitesceret. Quum autem stetit spectrum rursus excitatum, super locum vbi nata erat Mens mundi disparuit veluti summo fundum officio. Quum autem eiusmodi apparent quacunque sint forma nil refert, spectra omnia sunt ita arbitrio prædita ut non nisi quibus voluerint se ostendant. Sic de triplici sole aut parrhelio vnis & non alteris appareat. Quicquid enim nugentur filosofi Geniorum spectra sunt. Quod vidit Paulus socii non viderunt sed vocem in qua fructus erat audierunt. Soli Eliseo Elias primæ menti coniunctissimus licet verum corpus esset quum raptus est apparebat. Nonne & Bruto occisuro suus Genius ater soli visus est? Sed de spectris alibi. De conseruis enim nostris qui Testimonium summæ veritatis habent nobiscum, nosque conducunt in eorum & nostri capitis cognitionem nobis est agendum. Ad hoc enim omnes nati sumus, & in spiritu animaque præstolamur, donec nunquam separandi illis viamur, membraque nostri corporis, capitum, integri, & totius, reficiamur nunquam separan-

di. In eo.n.longe quām in ratione & cōclā
tius cognoscēmus omnia per suam causam. Sed
quis sit illi maximus honos habēdus vidēdūm.

*Quæ hostia summa Intelligentiæ mundi creuerit, quis-
ue cultus summas & qua de causa maxime debeatur
& Deo & Hominideo mundi arbitro.*



TSI Berosi fragmenta nullam habe-
būt apud cervicosos aut forsan enā
apud nonnullos vert amatores fidē;
tamen quum apud authores & anti-
quissimos scriptores inueniuntur eadem quæ
& in eo scripta sunt, illius fides nullo iure eleua-
ri poterit in illis quæ conformiter aliis scripta
reliquit. Hoc adfero, quod mihi quidem certe
dolet plurimum ut eo solo nomine male audiat
quod sacris conformia posteritati tradidit, quo
que nomine plurimum laudari, & omnib. præ-
ferri authoribus deberet eo sperni & rideri ab
hominibus male erga res diuinās affe&tis solet.
Principium humani generis instaurati diluuū
est, nec quisquam aut filosofus aut historiogra-
fus mihi villas rerum gestarum memorias (etiam
centies millies centena annorum millia aut uni-
uersum aut quosdam populos vixisse fingat, me-
tiatur, asserat) supra diluuii tēpora referre pote-
rit. Authore autē viro sancto nomine Noacho
& Iano Syriæ habitatore fuisse seruatum genus

Humanū à clade diluvii testatur Berosus iisdem
verbis atq. in Iosefo citatur. In eandem senten-
tiam etiam Hieronymus Aegyptius, & Mnasse
as Phœnix, & Damascenus citati ab eodem au-
thore adducuntur. At vero quum illi deside-
rentur, Berosus sit suspecta fide, Iosefus au-
thoritate sacrorum nitatur, sitque Iudaicæ per-
suasionis homo, iis qui à sacra abhorrent histo-
ria non faciet fidem. Sed vnuſ in medium pro-
dibit cuius fidem nullo modo poterū eleuare.
Scripsit Solinus homo Rhomanus (ideo nobis
fidelius citandus quod plus in Authoritate vetu-
sta quam in ratione posuit) vbi de diluuiis agit,
fuisse à primo nouimestrique diluvio qui sub
Ogyge Phœnice usque ad illud quod Deucalio-
nis tempore fuit, annos septingentos, ex cuius
verbis multa colligere licet. Quod suprema ho-
minum memoria fuit diluvium nouem men-
sium & incircumspectum vniuersaleque. Quod
ab homine Syro nomine Ogyge superstes fa-
ctum est genus humanum. Quod septingentis
annis fuit ante illud mundi principium quod
Græci humano generi sub deucalione & Pyr-
ra tribuunt. vt autē satisfaciā magis ipsissima
Solini verba & non solum appensa ponam. Me-
minisse hoc loco par est, inquit, à primo dilu-
vio notato sub Ogyge, quando diem inumbra-
vit continua nox mensibus nouem & amplius

usque ad Deucalionem, septingentis annis me-
diū æuum dari. hæc ille . Metasthenes autem
Ogygem illum esse Phœnicem scripsit . Ea de
re omnium rerum sed præcipue quæ ad literas
& nauigationem attinent, fuisse inuentores Fœ
nices scribunt Romani , primi eorum hac in re
alumni. Ista confirmationis præcedentium gra
tia adiecta volui antequam ad illum finem in
quem tendo perueniam. Quum enim hodie in
toto Initiarum orbe Christianis videlicet Iu
dæisque & Ismaëlitis sit diluuii factum, omnino
persuassimum, opus mihi visum est, vt illis
qui authoritate humanarum literarum sine vlla
persuasione in verum ducuntur, etiam satisfiat,
ista in rei, quæ in toto orbe terrarum mirabilis
sima est, confirmatione adiicere. Nullum enim
dubium esse potest, quin Solinus homo Rhomæ
nus ex priscis Etruriæ annalibus ista desumpse
rit. Quis enim dubitare queat quin illis cōmen
tariis leptem librorum qui iuxta sepulchrū Nu
mæ iunioris in arca lapidea sunt reperti, de Reli
gionis iure , conseruatique, fideliter essent con
scriptæ res antiquitatis. Præterea quum Cecina
à Plinio citetur scripsisse de Etrusca disciplina,
fieri non potest quin etiam de originibus ea o
mnia quæ vera erant tradiderit. habuerit vnde
libet nil refert. verum enim , vero consonat. po
tuit ex omnium gentium literis potius quam ex

Hebræis habuisse, Illæ enim vix ante nostram memoriam fuere vñquam aliis gentibus quam Iudæis Christianis paucis in Syria communis. Nullum itaque à Deo Optimo Max. vñquam beneficium, per Mentis vniuersalis ministerium, post mundi creationem maius accepimus, quam quum duce Iano & Deorum & hominum parente à clade aquarū liberati sumus. Quum autem non tantum simpliciter generaliterque sit referenda summo benefactori gratia, sed maxime illius beneficij nomine quod maximum accepimus quoque assidue fruimur, necesse est, ne Deus sua fraudetur intentione ut à toto orbe terrarum in diluvii memoriam sacra dies constituatur, & Deo, & Christo & Noacho eiusque sanctissimæ coniugi, inque tantæ liberationem talia Deo sacrificia offerantur, qualia & possint ab omnibus offerri & à primo pontifice mundi leguntur oblata. Quum autem hoc liberationi à diluvio debeamus quod viuimus, vitamque in toto orbe terrarum vsu panis & vini trahamus delibare necesse est in æternum ipsi Deo ex ipso pane & vino aut ex iis quæ instar istorum pro vsu vitæ habentur, secundum Melchisedeci factum pro Abrahamo & Christi institutionem in sacris mysteriis corporis. Ea de re Christus in sacro Latinorum ritu voluit sacra mysteria vocari, non tantum Noui & in Chri-

22. TE GU RI TE LM PO ST TE LE VS e
stianismo visitati, sed Aeterni & iam cum ipso
Noacho in gratiam vniuersi constituti Testa-
menti, ut postquam Christianismo arctiori limi-
te contento pro nouo solum seruierit Testame-
to, etiam seruiat olim toti orbi pro Aeterno.
Hoc enim nomine est factum ut Christus rex
regum & Pontificum pontifex, Deus Deorum,
Mentiumque mēs & Angelorum princeps vo-
luerit dici secundum ordinem Melchisēdec qui
alioqui est omnibus modis Christo inferior;
Quod enim esset mens, de mente Christi & pō-
tifex de potentia Christi, hoc erat Christo infe-
rior, sed quia mens illa erat Menti carnem in
Christo concomitaturæ æqualis, dempta Diui-
nitatis vnione, quæ in solo Christo solo est, &
duce eadem mente primus legitur libasse Deo
panem & uinum tanquam vitæ humanæ bases
in quibus Christus consummationem diuini po-
suit mysterii; ideo secundum ordinem Melchi-
sēdec dictus est. Latinis autem solis in consecra-
tione mysteriorum hoc verbum AETERNE
testamenti est additum; quia princeps eius Insti-
tutionis quæ iam à diluvio Aeterna esse debe-
bat ubiuis gentium, Ianus Noachusue est
Latini orbis vna cum sua primogeni-
tura, Basis, qui vitam à diluvio
pietate eripuit.

*Quo mense quoque die, re ad nos tros menses aestimata
incœperet & finem accœperit diluvium.*

NVM vnum solidum & decem dies fuisse orbem terrarum à contactu humani generis immune quum diluvii clades in orbem vniuersum irrepli, hoc vero sacrorum monumentis est traditum. Secundi enim mensis die decima septima incœpit pluia & Ianus cum tota Domo intravit in arcam in salutem generis humani compаратam. Reuoluto autem per suos duodecim menses anno eodem mense secundo, ad vigesimam septimamque diem exaruit terra & iussus Noachus cum tota Domo exiuit de arca. Licet autem Carina fœlicis nauigii consistentibus aquis mense septimo hæserit vertici Montis Patriodi in Armenia, mense autem decimo cacumina cæterorum montium apparere cœperint, tamen aquæ omnino à planicie ante reuolutum annum non sunt remotæ. Quum autem cæteri montes inter nonum & decimum mensem cœperint emergere externarum literarum memoriis proditum est nouem mensibus & amplius caliginē tantam fuisse ut dies instar noctis esset, tantique temporis diluvium est iudicatum. Nunc diligenter est attendendum quisnam esset men-

sis ille, vt possit nobis constare quando tanti beneficij memoria sit recolenda. Nunc non agam hic more quorundam doctissimorum qui rationibus variis colligunt qui nam gentium melius fecerint, aut qui à verno æquinoctio, aut qui ab autumnali inceperint annum. Quod enim ratum fixumque est, in dubium rursus vocare dementia non sapientia est. Consensu omnium gentium & ante omnes Chaldæorum, Magorum, Indorum, & omnium doctrinæ cœlestis interpretum stat ibi esse anni solaris principium, vbi primum cœli signum est positum. Hoc etiam quidquid sit à multis nugatum à Saturnitis Romanis erat ante Numam usitatum, nec unquam fuit annus decem mensium. Sed vt sacra in nomine Iani sacratiora faceret, detractis à cauda anni duobus mensibus illa addidit præposuitq. capiti, & pro undecembrio duodecembrioque (sex enim ab imbre nomen habebant) Ianuariū Februariumque nuncupauit, vt primus Deorū urbisque Repurgatio in primis festis ponerentur. Restat manifestissimum rei signum in Bisexto & breuitate Februarii, qui ultimus erat. Præterea nulla Astronomia quæ tamen apud Etruscos Romanosque semper summa fuit, ratio patitur, vt annus possit decem mensibus consistere. Id quod mutauit & aliunde sumpsit vi-
sus est aduenisse. Sed sit hæc lis adhuc sub Iudi-
ce si

ce si videtur, constat etiam Romanos in hoc orbi cæterarum gentium conuenire quod anni solaris principium ponant in Arietis signo & mense. Quum autem Hebræi & eorum nothi spuriue Ismaëlitæ vtantur in sacris mense anno que lunari iam à Mosis temporibus instituto, & ad nos vsque in Paschatis festorum mobilium ratione transuetio, certissimum est quem Moses est diuinitus iussus mutare annum, esse Lunam. Lex enim à sapientissimo legislatore nunquam ponitur de iis quæ iam in lege sunt vbiuis posita. Quum vt suum pascha & cursum rituū Hebraicorū institueret Moses iussus sit vt Martii Arietisue mensem primum faceret in mensibus anni, hoc ante non fuisse in usu fateatur necesse est, quisquis Deum nolit superfluitatis imprudentiæque inculpare. Cœpit itaque diuino iussu Moses traducere anni Lunaris caput à condito orbe in Autumni principio visitatum, in verni æquinoctii signum, ita vt proximæ Aequinoctio Lunæ nouæ Quartadecima dies seu plenilunium quacunque die euenerit sit paschatis apud Iudæos festū. Christiani autē (ob quam differentiam olim Asia à nobis est separata) decreto Romano fecere vt non quolibet die, sed prima quaque post plenilunium vernum dominica statueretur memoria Hominis dei à mortuis suscitati. Iudæi autem ob reliquum sab-

bathi & huius diei paschatis festum à nobis maxime sunt separati. Qui itaque septimus mensis anni lunaris ante Moſem iam à condito orbe fuit ob septenarii numeri mysterium factus est primus. Nam vt dixi de iis quæ iam sunt & fūt lex nunquam posita foret à diuina sapientia vt fierent. Nam ne rusticus quidē hoc faceret nedum princeps sapiens aut Deus. Quod autem ita habeat ex rerum præsentium vſu videri potest. Quum enim antequam lex diuinitus Decalogo aucta reciperetur, in diluuii memoriam creationis & diluuii obseruaretur mensis autumnalis Aequinoctii pro anni capite, prisca patriarcharum religione imbuti antequam ad eos liberandos veniret Moſes Israëlitæ fixum seruabant in Autumno principium Lunaris anni. Quare prisci interpres & sancto timore viri legis obseruatores, videntes esse iussum vt anni principium esset ad pascha mense Martio, & non esse prohibitum vt esset obseruareturq. ad mensis septembris plenilunium more patriarchis vſitato, censuerunt in vtroque mense seruari caput, quod nunc in suo vſu seruant vbiuis Iudæi. Licet enim palam non asserant esse caput vſualis anni in Martio aut verni Aequinoctii Luna vt iussus erat Moſes, tamē ipso Paschatis festo testantur ibi fuisse conſtitutum, vbi & ab illis & à nobis obseruatur tacite. Iam itaque

à creatione mundi ille annus de quo in Fastis sa-
crorum agitur fuit Lunaris , cuius caput in Lu-
na Aequinoctio autumnali proxima constitutū
est ea de re ab Adamo,(in quo fuit primus intel-
lectus numerator qui temporum obseruationi
dedit principium) eo quod ipso ad Vesperam
diei sextæ creato Luna biduo ante in Oppositio
ne creata Sole in Ariete , & Luna in Libra, fuit
secundæ post Solem admirationi. Vbi itaq. lon-
gissimo illo vitæ cursu dies in horas, Hebdoma-
das in dies , menses in hebdomadas & dies, an-
num in menses, cœlum in signa, signa in gradus,
gradus in decamoria reposuisset , vidissetque
assiduo annorum recursu ponendū esse in duo
decim mensuris mēsibusue anni orbem, statuit
constituere caput anni solaris in arietis princi-
pio, quamuis iam esset in tertio eius gradu die
sexta. Anni autem Lunaris voluit esse principi-
um in libræ proximo nouilunio , licet illam ter-
tio à plenilunio die tantum in fine signi vidisset.
Hæc autem ex sacra auditorum Mosis interpre-
tatione sunt petita . Quum enim ad hoc Deus
mundum condiderit propter hominem ut ipse
homo vniuersi imperator constitutus & crea-
torem agnosceret , & assidue illum amare re-
uererique & laudare pergeret , maxime autem
nomine maximorum beneficiorum illi collato-
rum, quum Sol semper videatur vniiformis ho-

mo autem varietate nouitateque & mutationibus oblectetur, voluit prisorum patrum & in primis Chanochi summa sanctitate profetæ, doctrinis & scriptis (is enim Adamo amanensis fuisse legitur) ut apud religionis veræ obseruatores annus Lunaris seruaretur, ad hoc ut duodecim signorum aut mensium aut variarum cœli vicissitudinū videretur in Luna signum, quo viso omnes in creatoris laudes renouatas prorumperent. Vnde quum in toto sacrorum ante Ezram scriptorum corpore, maxime autem in libris Moseos nulla nisi de Lunari anno mentio fiat, certissimum est etiam sanctorum sanctissimum Noachum quum memorias diluuii posteris tradidit, eas notare voluisse secundū Lunaris anni usum, fidelibus ob crebras laudes Dei constitutum. Secundus itaque mensis quo contigit diluum est octobris Luna, quam facile quiuis inueniet ex obseruationibus Io. Lucidi Samothei retrocedendo. Decima itaq. & septima die eius Lunæ memoria cladis, & vicesimā septima eiusdem est liberationis mundi celebritas constituenda, in quancunq. diem illa inciderit nil refert. Sed castigandū est prius Romanū Calendariū & quod ad cursum Solis, & quo ad cursum Lunæ attinet. Mēsis autē octobris Luna נְבָנָה ob diluuiū quod Mabul dicunt, vocata est Bul, בּוּלָה ab ultima syllaba, quum alioqui Marchesuan &

Chesuan vocetur. Nomine vero horum sacrorū Moses diuino iussus oraculo instituit in hunc mensem dies Chippurim vt vocant, id est festū quo credunt olim & sibi & orbi indictum iri eo tempore omnium scelerum remissionem verumque aduentus Messiae fructum. Est enim pāscha alterum in diluuii memoriam apud eos tācīe institutum, vt in sanctis priscorum habetur commentariis. Ea de re quum omnia in figuris futurorum apud patres fierent, templum Solomonis in quo fuit consummata felicitas ecclesiæ Iudaicæ Reip. hoc mense in hanc spem completum est vt totus orbis aliquando eadem tempestate in vnius ouilis consensu Publici corpus sacrosanctis generalibusq. ritibus compactum reducatur. Ideo maxima quæ vñquam ab orbe condito fuerint miracula hac tempestate eodemque mense iam ab anno 1541. contigere, licet nondum orbi innotuere, nec prius innotescere, quām ad sua incipiat mundus redare principia, origines, ritusq. antiquissimos, quoniam ædificata admirabiliori pulchrioriq. machina, quām vñquam fuerit aut in posterū esse possit, temploque Dei dicata, incipiet orbis in Dei eiusque admirationem rapi, diuinæque prouidentiæ non tantum credere, sed eius clarissime cognoscere ordinem, potentiam, & de omnibus singulisque hominibus curam.

*Quod in Etruria & Roma Ianus sanctorum Deorumue
& hominum parens ita saeculi aurei religionem consti-
tuerit, ut Romana semper fuerit (vti primus Etrusca
partus) cæteris incorruptior, & fere ea omnia que apud
Iudeos obseruarentur obseruarit.*



RAETERquam quod Romani illos
quos merita vocarunt in cœlum, nō
satis diligenter ad veræ virtutis ratio-
nem examinata eorum vita coluere,
vnde sensim est oborta Idololatria, nihil est
quod in eius temporis religione improbes. Nā
quid, rogo, potuit æquius fieri quam vt sicut
nos Petrum in primo diuorum nostrorum lo-
co venerandum iure merito posuimus, ita illi
etiam consecrarent eius exuias qui à diluio
vniuersum eripuisset? Numina cœli & terræ in
Iano & Vesta semper in primo diuorum loco
posuere. Sicut enim nos ideo sanctis diuinos
honores in ecclesia exhibemus quia reuera Chri-
sti membra fuere, & non solum mens de mente
& spiritus de spiritu, sed vt ait Paulus os de ossi-
bus eius & caro de carne, vti in quibus ipse vi-
xit, nec illos colimus propter seipso, sed pro-
pter eum qui in illis habitauit & in quem eorum
spiritus & Mens resorpti sunt, sic aurei saeculi
duces non ideo Ianū primum inter quindecim

deos, & Vestam primam inter decem deas coluerunt posueruntque quod homines essent, sed quia summæ Mentis & summi spiritus in illis vixisset participatio. Sicuti videmus nisi crebra & doctissimorū antistitum, & conciliorū excellentissimorum diligentia obstitisset, innumera monstra falsarum opinionū cultuum miraculo / rumque irrep̄sissent circa nostram persuasionē summa alioqui veritate nixam, sic non est mirum vbi olim aut nihil aut non tantū diligentiae fuit, tantum falsitatis irrep̄sisse, vt merito quisquis à fine tantum rem aestimarit, putet pessimā fuisse, in qua opinione asserenda excelluit Augustinus & Lactantius, cæteri omnia omnino improbant. Sed quis hoc fuisse ausus si Janum fuisse Noachū, si Vestam fuisse Naomām eius sanctissimam coniugem sciuisserit? Ex ipso autē Halicarnasseo videre licet, quamuis coluerint vocabulo cæteris gentibus communi multos deorum summopere abfuere ab impietate fabularum diuis adscribēda quæ à Græcis excogita ta est. Certe apud Romanos, (ait Halicarnasseus) non decantatur Rhomæ Cœlium fuisse à filiis castratum, nec Saturnum filios suos occidere ne illi insidentur, nec Iupiter qui recludat patrem in inferno, aut Saturnum regno pellat, nec bella nec vulnera nec cædes, nec carceres, nec seruitutes Deorum apud Rhomanos repe-

riuntur , nec Deos amissos fœminarum instar deflet ut Græci de Proserpinæ raptu &c. multa quæ idem author Græcus in eandem adfert sententiam , vt concludat priscis Romanorum ritibus nil diis indignum fuisse in usu , quod non facile credunt qui Antinoum & Floram cum Neronе & Heliogabalo inter deos viderunt nihil de veteribus institutis solliciti . Quid an hodie quum in vita præsenti perditissima flagrantissimaque ambitione homines ob solos titulos videmus sanctissimos vocari æstimabimus ex hac præsenti impietate sacras Christi Petrique origines ? Nonne etiam de Annæ & Caiafae impietate metiemur Mosem & Aharonem aut Samuelem ? Testatur vero paulo post idem author summopere cautum fuisse Romæ ne peregrinos ullos deos reciperent , nisi quos oracula accersere iussissent ut de Idæa dea quam ne errarent ritu Frygio patrioque & non Romano colli volebant . Præterea ab omni fabularum genere in quibus excogitandis principes fuere Græci summopere exhorruerunt , quum cognoscerent , ait ille idem , Romani & parum utilitatis & ad paucos pertinere , quæm à Græca mythologia traherent utilitatem . Inde vero ex fabulis scilicet Græcanicis factum est ut turba maximaque populi pars rerum ignara aut conténat deos sceleribus & passionibus infames bonisq.

viris

viris & fortibus omnino dissimiles pessimisque
deteriores, aut si illos probat & timet libenter
imitatur. Hæc ille. Sic videmus à doctissimo
scriptore & Græco probari, Quod ex solis fa-
bulis Græcis contaminari incepit primo Ro-
mana Theologia. Nam alioqui & præstantissi-
ma quæq. solent ipsius usus diuturnitate in abu-
sum conuerti, & in tanto deteriores exitus de-
duci quanto præstantiora fuere principia. Hinc
pessimi hominum qui vñquam fuerint ii sunt
qui senescentibus religionibus nomina ad Hy-
pocrisim Christo & Moysi dedere. Summo enim
mentis lumine armantur ad orbis perniciem.
Ea de re maxima Bellicarum & Tyrannidum
mundi consummata fuit Romæ, vbi præstatiissi-
ma ante Troianos Græcos & Romulum fue-
rant rerum sacrarum initia. Nefarius enim Ge-
nius tanto magis se bonis opponit quanto san-
ctori decreto suos populos regunt. Ob præmiū
autem, necesse est in assidua lite positum esse
mundum. Nam nec bonis viris, nec bonis eorum
Geniis quicquam laudis esset, nisi VIRTVS IN
ARDVO posita esset. Etsi fuit igitur corruptio
maxima Romæ, ut fuit reuera, illa tamen fuit to-
lerabilior quam vbiuis Gentium, quo ad priscae
religionis usum attinet. Vnde positis sub Deo
optimo maximo, qui pace Augustini dixerim
erat verus IOVAS Hebræorum, cœli & ele-

mentorum virtutibus & ante omnes septem planetarum intelligentiis, in suæ religionis fundamentum memoriis eorum, qui inuentis aut virtutis exemplis iuuassent vitam humanam à Iano incipientes sensim cœperunt augere cultum, donec ex virtutibus etiam fecerint numina. Corruptior ætas ad vitia & res quascunque vulgatissimas traxit. Sed quidquid fuerit vitii aut virtutis in religione positum, quod erat ipsis Iudæis & Patriarchis in primo præcepto & vsu, hoc est sabbatum, illud fuit etiam Rhomæ usitatum. Licet enim non esset forsitan eadem dies, quæ apud Iudæos obseruari solita est: tamen sicuti nos in Solis die, Pseudoiudæi Ismaëlitæ, in veneris die eandem atque Iudæi in Saturni Sabatue die septem intelligentiarum, quæ Planetis motrices sunt mentionem religiosam facimus ad summi Dei creatorisq. laudem, sic Romani una hebdomadis die. Nam ut est videre apud Ciceronem in sacris legibus, & apud Halicarnass. in Romuli Institutis, Indicta erat Romæ dies sacra quieti seruitiorum & animalium. Asserit vero Dion historicus tricesimo septimo Rhomanæ historiæ libro eiusdem sabbathi quod & apud Iudæos erat, usum ad Græcos Romanosq. fuisse translatum. Verum eius fides ideo mihi non videtur magnificienda, quod apud Aegyptios dicat ortam esse hanc obseruationem

sabbathi, quum reuera, licet de sabbatho & Deo Iudæorum aliquid velle dixisse visus est, nil mihi de sabbato quoque die obseruaretur à Iudæis attigisse videatur, vt ipse in planetarū hæreat interuallis. Posito. n. bis diatessarō descendēdo, debuit ponere diapēte ascendēdo, & rursus diatessarō descendēdo & itē diapente ascendiō &c. Satis est ab illo obtinuisse hoc vnum quod Romani primi omnium gentium post Iudæos obseruarint Sabbatum. Certissimum vero est, quum nunquam in sacris cum ipsis Iudæis conuenerint aliunde quām à prisca institutio ne Iani accipere non potuisse, quum primi omnium gentium habuerint. Licet enim ipse Dion dicat recenter Rhomanos accepisse, illi non crederem, nisi qua occasione, adferret. Satis est vt mihi testetur sabbathi instar vnam ex septē diebus hebdomadis fuisse quieti concessam. De ceteris sacris institutis præter vnā circumcisioñē nil plane inuenias in sacro Iudæorū ritu quin saluis ceremoniis, quæ vbiuis gentium diuersæ vt plurimum sunt, eadem omnia obseruantur apud Rhomanos. Nam vtrobique primitiæ consecrabantur, adeo vt panis vinique oblatio fuerit primaria Noachi institutio. hinc & Moseos iussu adueniente Ietroo socero suo, sacerdote Ismaëlitarum, in Dei laudem, comedit panem Aharon Mosis frater summus sacerdos

vna cum senioribus Israël, quod fuisse instar sacramenti testantur in suis doctrinis 72. Moës auditores. Græci etiam sacrificia Fareationum inde habuere, vt adhuc supersit vocis Hebraicæ monumentum in Græca, illi enim οὐλας οὐλας dicunt. Secundo libro histo. scriptum reliquit Halicarnasseus. Si quis autem velit horum certior fieri legat apud Cic. leges prisci ritus Romani, & conferat cum institutis Iudaicis. Inueniet enim in vnius soliusque Dei IOVAH Optimi Maximi eiusque verbi & spiritus memoriam, omnia Mosem instituisse sacrorum & rituum genera, Noachus autem eo quod vno gradu inferiorem & potissimum à regimine cœli petitam potentiam Mentis & spiritus sub summo Deo in sua tradidit Theologia, visus est diuersus. Sic enim erat opus, vt in Theologia secundum legem Iudaicam minus imperfecta, instituerentur sacræ memoriae, non solum Angelorum carne & corpore carentium, sed etiam sanctissimorum hominum & religionis sacriq. imperii propagatorum, quod nunquam apud Hebreos licuit, ob inclinationem gentis in Idolatriam. Nam ne Abrahamo Isaaco aut Israeli, imòne Mosi quidem aut Samuëli, plusquam sacerdotibus sanctissimis, licuit sacras instituisse memorias, eorumque loculis facere locum sacram. At quia ista pars etiam iustissima in Chri-

stianismi institutis visa est, ut sanctorum memoria
riis festa ponerentur, illam semper voluit institu-
tam Noachus, licet, nondum eorum fœlici-
tas spiritualis ante quām omnium rex Christus
corpus humanum in cœlum traduceret, esset cō-
summata. Semper enim bonorum angeli vidēt
faciem Dei, & sanctorum Deorumue quos hic
rexerunt, loco, possunt mortalibus adesse. Quis
enim immortalitatem diuorum sanctorumue
credidisset, nisi illam tam certò tradi à maiorib:
vidisset, vt qui iuste hic vixisse traderetur in
Dei loco haberetur, & non tantum sibi sed mor-
talibus etiam beatus? Hæc est primaria vetustæ
apud Romanos & Etruscos religionis occasio
& ratio.

*In quem potissimum finem sit institutum hoc opus, & in
quem exitum, stante prouidentia Dei, necessario
deueniet terrarum orbis.*

RE T V L I in operis principio Filosofi
sententiam in qua scripsit: scire est
per causam cognoscere, & ea de re
scitu dignissima id est humani gene-
ris origines per suas causas vt proxime clarissi-
meque potui tradidi. Sed quum sit longe præ-
stantius propter causam cognoscere, quām per
causam, idēq; in hoc potissimum hanc tractatio

nem suscepi ut postquam orbis suas origines per suā cognouerit causam , videre ante omnia satagat , quid erga suæ originis causam præcipuam & cæteras eius ministras commiserit vt à nostra fugerit memoria, seque penitus à nostris oculis subduxerit . Validis rationibus ab innumeris pene scriptoribus (quorū supra conclusiones assumpsi) ostensum est longe præstantiorem esse eorum hæresim qui satis habentes mundum in suis Idæis posuisse æternum, asserūt hunc visibilem habuisse principium non tatum causæ sed materia , quām illorum qui volunt mundū sensibilē carere ideo principio materia li, quod Deus æternus non potuisset sine æterno materiæ subiecto sua potentia & actu puro fungi . Res non sunt tam sæpe repetendæ. stat sententia . Mundus à causa pender , habetque principium . Factus à causa præstantissima, præstantioris finis gratia quām sit ipse , est in præsente constitutionem deductus . Nunc omnium sapientum cuiuscunque hæreseos sint consensu in cōfesso est , quod humani generis gratia hoc naturæ templum sit conditum . Quum autem etiam ipsum humanum genus sit ipsius Mundi pars præstantissima & cuius gratia cætera sunt, opus est etiam vt sit præstantioris finis gratia quām mundus vniuersus, quanquam ipsa una sit natura humana in hac vita posita . Quum enim

verum summumque hominis bonum sit in diffi-
cillimo virtutis exercitio in hac vita constitutū,
& sit omnino ad veræ virtutis exercitiū in hoc
positum, non tantum ut famam cupiditatem &
luxum fugias, sed nomine primæ causæ ut eius
videlicet præscripta in omnium mentibus in-
scripta serues, & potius in paupertate probro &
dolore viuas eius amore, quām eius præcepta
infringas, fieri nequit ut tua humana felicitas in
hac vita consistat. Quo quisq. enim melior est,
hic in merendi & militādi via sit afflictior opor-
tet. Quare humanum genus est in hoc institutū
ut in Dei gloriam eiusque laudem huius orbis
opes dispenset, cæterum vbi egregie hq;c admi-
nistrarit in eam Mentem & spiritū cuius omnes
partes sumus resorbeatur inque vitam æternam
demigret. Dei itaq. Iaus in vita æterna est Mun-
di scopus. Quum itaque hoc genus humanum
habuerit principium vnum, post confusionem,
& alterum post diluvium, satagédum in primis
est, ut loca sacra mundi secundum primam in-
tentionem Dei ad Adami Noachique busta cō-
stituantur, ut inde prima iura mundi pendeant
& petantur. De Adamo Christus eius instaura-
tor in Syria fidem fecit, quum se omnium alio-
qui Dominus in PROPRIA venire, ut sedē
æterni sui Pontificatus Ierosolymis stabiliret, as-
seruit, primariæque legis Aeternæ videlicet &

Religiosæ tam vita quam doctrina seminaria posuit. Quum autem sit opus, vt sicut necessario sunt duæ magistratus partes Religiosa videlicet & Civilis, ita sint duæ sedes et duo legū fontes, opus est etiam, vt sicut ad Adami busta in Terra sancta sacra sedes est, sic ad busta Iani figuratur Imperatoria & Regia sedes quæ omnia moderetur. Quum enim sit impossibile Deum vlla sua intentione fraudari quantumuis eius effectus prorogetur, necesse est vt sicut voluit creato mundo primum imperium mundi in primo genitura Adami manu esse, quod vt fieret diuinatus, postquam non siebat humanitus Christus illius regni spiritualis instaurator summusque pontifex illud compleuit iam ante 1550. annos, sic etiā fiat de secundo mundi principio & primo genitura Noachi pro regno temporali. Inde Romani olim habebant præclaram illam Sibyllæ profetiam de Aureo sæculo Romæ futuro, cuius vestigia sicut conseruata in Ecloga Virgiliana. Hinc sacræ diuinationis libri in locis innumeris eadem certo certius fœlicitatē in Regno Christi ad futuram prædicunt inculcant asserūt. ob futuram huius Regni magnitudinem ipsissimus Christus quum primum regnum suum & spirituale in suo sanguine fundaret dixit. Nunc autem, regnum meū non est hinc. Quum enim fiet necessario ynum quile & vnuus pastor sub

Christo

Ch^risto, tunc prima Dei complebitur intentio:
T V N C quum Regni supracœlestis basim po-
neret Christus regnum eius de hoc mundo nō
erat, Nunc autem regnum eius Temporale ve-
rum & Ciuale suppositū Spirituali sit, hinc hoc
est ex hoc mundo necesse est. Cœlestis ratio
hoc ipsum suadet. Nam sicut sunt duo primarii
cœli aspectus vt supra docui illos omnino sua ha-
bere apotelesmata necesse est. Nil enim à Deo
& Natura frustra fieri potest. Aries primum si-
gnum influit in duas mundi primogenituras Sy-
rorum & Celtarum. Clarissima stellarum fixa-
rum influit Italiae & ante omnia Romæ vbi ea
de re imperii basim à Noachi primogenitis de-
figi necesse est: Ratio ciuilis hoc ipsum suadet.
Quum enim sepultura patrum & maxime san-
ctorum vbiuis gentium L O C V M S A C R V M
faciat, vt omnia ad primam mundi institutionē
primumque humani generis votum reduci pos-
fint, necesse est vt in regione proprietatis Chri-
sti ad Adami primi parentis sepulchrum Sedes
primi magistratus mundi constituatur, & ad
Noachi secundi parentis mundi sacras exuicias
secunda & ciuilis potentiarum regniue sedes nun-
quam mouenda stabiliatur. Quum autem nul-
la sit in Mundi dominii alteratio, & maxi-
me in sacris Magistratib. rebusue loco mouen-
dis: quin etiam sacra dies constituatur in qua de-

maximo beneficio non ante satis cognito latu-
des Deo decantentur. Necesse est vt in diluuia-
næ liberationis memoriam sacra Synaxeos my-
steria crebro frequentetur, & vt ad finem Lunæ
octobris primæ celebritates mundi constitutæ
sint, vt sicut in mense septimo fecit primum Mo-
ses, quod & nos haetenus communi ritu & diuer-
sa significatione obseruamus, sic & nos in octa-
uo & secundo cum vtriusque anni obseruatione
sacra rerum haetenus obliterarum neglectarum-
ue constituamus. Hic est verus nostrarum de-
Etruria originum scopus, adhoc vt totus orbis
sedes à diluvio primogenituræ mundi positas
suarum originum peritus, vbi est nostri o-
mnium parentis sepultura conce-
dere parare confirmare
que satagat.

Hanc sequentem epistolam, cum auctor eius meminicerit
pagina 20. & omnino ad suscepturn argumentum
valde conducat, prætermittendam
non putauimus.

VIRO BONO ET SAPIENTI PE-
TRO FRANCISCO GIAMBULLARIO
inter ædis D. Laurentii mystas Canonico &
Academico clariss. Florent. Guiliel-
mus Postellus sacerdos imita-
tionis apostolicae stu-
diosus Salutem.



TA me Deus ille noster incarnatus I E S V S amet ut verum ex animi sinceritate loquor, Giambullari optime & doctissime, inter innumeratas literas quas ex variis orbis partibus à doctissimis viris accepi, nulla mihi vñquam adfuit aut est ad futura gratior, quàm quæ nuper à te mihi vna cum Athene nælo loco missa est. Cur autem ita iudicem paucis accipe. Quum humana fœlicitas in hoc sit posita, ut verum perfectissime capiamus hoc est per causam, ad hoc ut illam amemus, reuera cognoscamus, nullum vñquam argumentum aut vñquam potuit poteritue vsquam suscipi dignus, quàm quod in tui Gelli opere si non suscepisti absolute tractandum, salem ita tuis doctis

simis; fecisti commentariis ut quiuis cogatur
deuenire in nostræ communis omnium causæ
inferioris desyderium vehementissimum. Di-
midium vero facti qui hoc cœpit habet. Nil ipsi
Deo charius humano genere est, vti cui ea o-
mnia quæcunque eius bonitatis virtute sunt pa-
rata, vti tanquam in finem præstantissimū sunt
comparata vnius solius gratitudinis causa. Et
rursus posteritas nil charius primaria suorum
auorum origine, & cognitione, aut habet aut est
vnquām habitura: præterquam quòd enim Ba-
sis religionis ex loco sacro duce Natura per se
pulturam auorum nostrorum constituto, & ius
ipsius hereditatis eupolitiæq. non aliter potest
haberi, quām quum liquido patrum possesio-
nes monstramus, sit quadam diuina virtute vt
toti reuiuscamus reficiamurque, dum ad busta
patrum Deo charissimorum certi deuenimus,
& potissimum quum pridem locus ille nobis iu-
re diuino & humano sacer desyderatus fuit.
Nullum argumentum Giambulari Chariss. vn-
quām suscipi maius aut ad pacem in toto orbe
cōponēdam aptius potuerit, quām istud ipsum,
vt demonstremus clarissime per veteris histo-
riæ fidem certissimam, vbinam post exactum di-
luvium subsederit vniuersi parens Noachus Ia-
nusue, aut post exactissimam iustissimam perfe-
ctissimamque visitati sacrosanctas sui corporis

reliquias sepeliri voluerit. Ex locis enim ab Authoritate nullus est in quo vniuersus conueniat orbis, veluti in facto diluuii generalis, & in iustorum prosapia ad semen & ius posteritati seruandum stabiliendumque. Quare inde vniuersi omnium parentis historiam petant & recipiant oportet, vnde oboriri falsitas non potest. Liceat vero, & tuus Gellus festinet ad typos redire, & primariae veritatis, Etymi videlicet, sacram rationem satagat expedire, nec tibi ita de originibus rerum vti & verborum tractare visum sit, non potui tamen quin paucis ad te illa sine quibus tua non starent scriberem. Sed ne modum epistolae excedam, pergo paucis ea ad te scribe-re, quæ mihi tam insigne opus videtur desyderare. Attende & Vale.

30. Maii. 1549.

E iii

*De summa veritatis Basi in triplici ratione posita ad
Giambullarium.*



RIMARIVM & veri & verisimilitudinis suadendi fundamentum esse ab Authoritate constat. Nam non tam in sacris verum est illud Axioma : Nisi credideritis non intelligetis ; sed multo vsitatisimum est in gentium omnium consensu. Vniuersus enim vocum apud omnes gentes usus ex sola patrum aut quorumuis doctorum auctoritate in posteros transfundi solet : nec illud solum, sed omnes disciplinæ quantumuis demonstratiæ ita ab authoritatis iure dependent , vt vniuersarum etiam & maxime mathematicarum principia sola fide indemonstrabili (sic acquiescente duce natura intellectu) recipiantur. Et hoc fit vbiuis vt cognoscamus per varios gradus fidei naturalis, esse vnum aliquod primum genus cognitionis linguæ & authoritatis tam verum, vt vna cum veritate rationali conueniat, & de via sensus ad intellectum immedia te transeat. Si quidem ratio omnibus aut saltem optimis & sapientissimis communis est secunda veritatis , cuius gratia nascimur , Basis . Si credunt discipuli postea intelligunt. Similiter & filii patribus, milites ducibus, ciues magistratib.

Vnde in senio cōmuniōr est sapientia ex triū mātūm transactarū pueritiae iuuentute virilitate nata. Via prima authoritatis potissimum est in nobis inclusis in tetro corporis carcere. Nam hic semper quadam nebula suffundimur. Via autem secunda dignitate prior, quia finalis est, ad intelligentias separatas potissimum spectat, & ad illos homines qui substantiis separatis potissimum conformari sategere, & satagunt. Tertia ex vīraque constat, quæ vna & Rationem & Authoritatem impactas habet, & ad hanc diem omnino mundo incognita in illa sola lingua delitescit quæ inter primum hominem & Angelos communis est, & ideo sancta dicitur. Quum enim homo animal memoratiū & per se nū ex auditu non loquens, videatur loqui, necesse est ut prīmus homo cui nulla lingua præfuit diuinitus & angelitus vñā edoctus, talia primum nomina rebus imposuerit in quibus ipsiſ & natura & gratia, & authoritas & naturalis ratio omnino conuenirent: Inde factum est ut Plato olim sed multo sapientius nunc Giambullarijs de nominum recta ratione instituerint sponte naturæ excitati. Plato in Græcam linguam tribus gradibus ab externa Hebræa distantem conatus est proprietatem rerum traducere. Florentinus vero ex sacra suas origines tradere. Hinc tam varia vbiuis etymologicorum multi-

tudo , & Grammatistarum contentio. Quoniam itaque locus ab authoritate proprius est humani generis, & eorum qui disciplinæ se dedūt maxime familiaris , interim donec vniuersi in eam linguam repedemus, à qua hactenus. (licet Moses & Christus illam in legis scriptæ & Gratiae initii restitui voluerint) per peccatum excidimus: ostendendum est quām clarissime fieri poterit vbinam gentium Noachus secundarius nostri generis author , & lingua sancta sine dubio prædictus, habitarit, postquam ab arca in Armenia exiuit . Nam Moses nil palam amplius tradit, licet alioqui clam ianumeris locis mysteriis plenissimam successionem eius obuelet. Quum autem sacræ historiæ nil sit scriptum proprius quām quod in Chaldæorum monumentis est seruatum , illud in primis est necessario discutiendum si Berosus qui nunc vulgo prostatis sit verus ille Chaldæus historicus cui post Mose totius orbis defert consensus.

Quod sint Berosi Chaldae, quæ eius nomine circuferuntur.



VISSE olim circa Alexandri tertiae mundi Monarchiæ ducis tempora virum vnum sacerdotali dignitate id est primaria inter Chaldæos sanctaque authoritate Berosum nomine inter vniuersos

uersos authores classicos constat. Quanta vero fuerit aut scientia aut eloquentia & rerum cognitione multiplici ex quibus summa dicendi vis paratur, constat ex eo quod inter florentissimos omnique disciplinarum genere ornatis. & Græcos & Athenienses φιλωτοτάτους οὐδὲ τὴν τῆς δοξῆς μετέχοντας meruerit & laudem & statuam inaurata lingua decoratam. Quum autem funditus sit necesse ruere totam Græcorum nugacitatem, eius ut nunc extant scriptorum breuissimis epitomis stantibus, solet fere ab vniuersis reiici, quo ruente præsidium illud quod accipiunt ex eo sacræ historiæ, præsidium inquam Chaldaicum ad sacræ scripturæ masculaque doctrinæ suppetias non minus necessarium quam olim fuere Chaldææ siue Assyriæ aut Mesopotamicæ patrū matres & vxores, omnino rueret. Licet enim ubi scriptura deficit Iosefus crebro videatur supplere, tamen eo quod indigena fuit, & longe inferiori quam Berossus fide habeatur, & præterea ipse Beroſo in primis deferat, est omnino Berossus illi præponendus. Quum itaq. à ritibus Mosaicis fuerit tam alienus quam Babylonii à gente Iudaica fieri non potest quin eius testimonium sit validissimum. statui itaque palam facere orbi Christiano cuius ante omnia interest ut eius authoritas in primis stabiliatur, ea quæ primum sunt à Iohanne Annio latino

orbi exposita sub nomine Berosi , nullius alterius esse posse quam Berosi illius celeberrimi & integerrima fide scriptoris cuius meminit Iosefus, Tatianus , Theofilus qui nunc extant. clarissime enim patet , ex illis qui olim scripsere vti fuit Iuba princeps Afrorum, Metasthenes Persa, Manethon Aegyptius, Maseas Fœnix & quis non in suis scriptis honorificam fecit de illo mentionem? Nullus itaque illi in toto oriente fuit superior siue authoritate siue sapientia. Ab ipsa vero qua nobis reuixit origine, fieri non potest vt vlo pacto sit suppositius. Nā ab ipsa Armenia quæ regio prima ad orbis salutem fuit diuinatus præparata,& quæ ad hanc diem lumine Latinarum aut Græcarum literarum caruit solis Armeniis Haloënsibusq. contenta,adlatū opus nullo modo potuit ita configi vt quantum supereret (bona enim pars periit in fine potissimum) esset omnino Iosefo aut cæteris qui ex eo sumpsere,conformis . Attulit Georgius apostolicæ professionis homo , & Latinum dedit Annio. Quod autem multominus corruperit Annius illud obstat , quod nulla ad eum inde commoditas peruenire poterat . Multo minus vero ad suæ gentis gloriam. Cogitur enim velit nolitue quam vult esse in tota Italia, vti est, antiquissimam Aboriginum & Ombrorum originem in Gallos diluuio superstites referre. Gallim enim

fluctibus ereptos fluctuatosue sonat. Quare quū
legerit apud Iosefum Gomeritas non tantum
eile Italos Gallos, sed illos qui postea Celtae dicti
sunt, fuisseque à Gomero institutos, qui fieri po-
tuisset ut fingeret quođ contra suum argumen-
tum faceret? At vero ipsius Iosefi sententia de i-
lo audienda est. libri primi cap. 8. ait Berosum
de iis quæ circa diluvium contigerunt omnino
consentanea Mōsi dixisse. Hoc vero in primi li-
bri epitomate clarum fit in Beroſo. Rursus cap.
5. eiusdem libri ait. Huius autem diluvii & arcæ
mentionem faciunt omnes qui barbaricas hi-
storias conscripsere quorum vnuſ est Berosus
Chaldæus. Narrans enim de diluvio ſic ait. Di-
citur autem & nauis eius, quæ in Armeniam ve-
nit circa montem Gordiæū adhuc aliqua pars
eſſe, ut quidam inde bitumen tollant quo maxi-
me homines ad expiationes utuntur. Hæc ver-
ba omnino ſunt apud Beroſi Epitomen. Conti-
git enim illi in vniuerso opere ſuo ut & Liuio &
Trogo, qui ſolidi tantum in suis Epitomatis ſu-
perficiunt. Contra Appionem vero Grammaticū
ſic ait. Testis autem harum rerum noſtrarum
eft Berosus, vir genere quidem Chaldæus, notus
autem illis qui disciplinis humanioribus oble-
ctantur, quoniam ipſe de Astronomia & le-
Chaldæorum filoſofia Græcas conſcripti
edidit. Igitur, Berosus antiquissimas ſequens

historias de facto diluuio , de hominum in eo corruptione , veluti & Moses scripsit. Similiter de Arca in qua nostri generis princeps seruatus est , quæ videlicet deuecta fuit in montium Armeniorum summitatem. Deinde subiiciens eos qui ex Noë progeniti sunt , & tēpus eorum adiiciens usque ad Nabulafarum peruenit Babyloniorum regem. Hæc omnino in primo secundo tertio & quarto epitomate ita videntur ut ad verbum quadrent , nisi quod finis defyderatur. Videndum est apud quos & quo nomine agat Iosefus. De capite totius reip. Iudaicæ contra infensissimum corruptelisq. armatisssimum Appionem agit apud Senatum Romanum in cuius conspectu quicquam proposuisse falsi in re tanti momenti est impossibile. Nouerat itaque Senatus Berosum summa autoritate virum fuisse , & illa scripsisse quæ Iosefus in summo Græcarū & Latinarum literarum lumine Romæ proposuit . Nam de scripto omnia Antiquitatis testimonia probabantur. Vnde contra Appionis cœlum vias obtinuit non tam Mosis & spiritus. s. omnia disponentis beneficio , quam antiquitatis literarum ethnicarum quibus ethnici maxime vincebantur testimonio . Sed unum mihi superest validissimum testimonium. Quum enim Theofilus & Tatianus tam contra Gentiles quam contra peruvicaciam Iudaicam paulo post

Christum tēporibus Marci & Veri scriberēt, & authoritatem illam Iosefi quam nullus vnquam pro Christo scribens, ex eo tempore quo innocentius Iosefus, obmisit, non adscriperint, (alioqui magis Iosefi pro Christo quām Berosi pro testamento veteri testimonio egentes) certissimum est illos tunc Berosum & non Iosefum præmanibus habuisse. nondum enim insignem illā suam authoritatem & famam erat consequutus Iosefus vti Berosus. In eandem itaque sententiā sed explicatiōrem ita vterque meminit scriptorum Berosi omnino sacris conformium ut ab ipissimo Beroſo eadem atque Iosefus habuerint, idque sine Iosefi testimonio. Nam falsa citasse tunc impossibile fuit. Itaque & Iosefi & Tatiani & Theolofili & Græcorū fere latinorumq. omniū & maxime Syrorū, Pœnorum, Persarū, Fœnicumq. testimonio constat Berosum prima ria & diuinis proxima fide scripsisse, & eorū quæ scripsisse dicitur Epitomata nobis superesse, quare ea quæ nobis de nomine vita & sepulchro Noachi vniuersorū parentis tradidit, sunt perinde in veris ponenda & habenda, atq. illa quæ à Mose sunt tradita. Vbi enim sacræ literæ deficiunt ibi humanæ incipiunt. Quum autem maxime contra suæ gentis historiam scripsisse videatur hic scriptor dubium esse non potest quin sit fide præstantissima.

*Argumenta ex ipso Beroſo petita, Quod sit impoſſibile
quicquam illum in ſua hiftoria
finxiffe.*



VVM libere ſolet quilibet teſtis ea
quaे cōtra ſe faciunt perinde fateri,
vt ea quaे pro ipſo faciunt aduersa-
rio, ſine dubio integerrima fide eſt
eique merito creditur. Hoc vero eſſe omnibus
hominibus ab affeſtu quantumuis alienis in uſu,
vt patriæ deferant, laudibusq. illam ante omnes
vbi poſſunt extollant, duce natura conſtat, quo
in genere fuiffe Beroſum certum eſt. Vnde quū
ſpontaneum filiorum Orientis motum ſub du-
catu Nimrodi ad erigendam Babylonicae ſu-
perbiæ turriſ sacra ſcriptura exponat, nulla o-
mnino mentione facta de vniuerſi principe No-
acho aut eius in rem vitiosam & tyrannidi con-
iunctam ordinatione, vult ut conſtitutione ipſi-
us Iani vniuersorum parentis ſit conſtituta illa
Monarchia prima vnde cæteræ tres vitio ſem-
per auſtæ procedēdo auſtæ ſunt, donec in ipſi-
us Iani patris loca Romæ deueniret imperium.
fecit hoc quidem ambitioni eorū inuitus obe-
diensque Noachus. Nam ſub primo genituræ
imperio volebat in æternum regi mundum. At
vero Beroſus non timuit ſacrilegii inculpasse

suæ prouinciæ principem , quod furatus ritua-
les libros patris seu aui Noachi illis sit insigni-
ter ad comparandam tyrannidem abusus. Præ-
terea hæc scribit. Quum Armenia & locus ille
vbi fuit prima hominum propago sit prima &
diuinitus eleæta habitatio mundi distetque lo-
co & magistratu latissime à Chaldæis , ibi enim
Sabbathius Saga Asiæ pōtifex summus est insti-
tutus & instar Adami dictus Saturnus (Nā hoc
vocabulum Sath orn seu Sath aron id est vrnæ
repositio vocabulum est sanctorum patrum ob
sacras reliquias loca sacra olim facientium , si-
cūt de Martyribus & sanctis vidimus) à sua sede
constituta à Noacho pro pontificatu externo ,
per tyrannum Babylonie ita est pulsus , vt sit
coactus ad Romæ locum refugere , & ibi bonū
agere Saturnū vbi iam pater Ianus & longe me-
lior Saturnus instituerat primogenituræ imperii
sedē , Quæ omnia vehementer derogant laudi
principū Babyloniorū . Nam ipso facto tyran-
nos ostendunt , suoque imperio indignissimos ,
etiam si à principio iusto iure vñi fuissent . Vole-
bat vero sanctorum ille sanctissimus Noas , vt
secundum voluntatem Dei in vno mundo vnū
esset paternum & solius primogenituræ impe-
rium , vnde qui primus hoc ius infregerit quin
sit omnium tyrannorum & impiorum fons du-
biū non est . Nec tamen hoc dissimulauit vt

inde summus candor & veri amor videri queat.
Quum autem nomen Louis, cœli, Saturni, & similiū ob sanctitatem esset commune omnib.
patribus , ita vt de singulis potuisset,& maxime
de Babylonis dicere cum vocabulo accommo-
datori,illos cum primo celebri imperio habe-
re etiam iurisdictionem vniuersi , non tantum
in eorum arbore expressit esse maledicti &
malefici filios ambitioneque & corruptelis plenissi-
mos , sed plane indicauit generale totius gentis
à fluctibus erectæ nomen & vocabulū, vt igno-
bilius forsan ita & significantius aptiusque Gal-
lorum videlicet fuisse datum ab ipso Noacho
ipius Gomeri posteris , eo quod est Iapeti seu
Itali prisci filius Gomerus, ita post diluvium pri-
mogenitus , sicut & Adam ex materiæ confusio-
ne primus factus est. Et sane poterat si voluisset
affingere quod etiam Gallorum vox fuisset suis
data maioribus, quum potissimum ob iurisdictionem
quia omnia siebant à doctissimis sanctissimis
que & ambitione carentibus patribus , scripse-
rit ipsius Gomeri filios quosdam missos esse in
totum orientem , alias vero ultra Mediam in
ipsos Bactrorum fines. Sed verum omnia ut pu-
blice erant exposita retulit. Quare ius æterni im-
perii fore in domo Gomeri & eius patris Iape-
ti quem vna secum in Europam duxit manife-
stissime

stissime demonstrauit esse secundum patris vni
uerorum Noachi voluntatem, eo quod Astro-
nomiae doctissimus sciebat fore necessario ut
intelligentia Arieti & Leoni dominans in Syria
sancta & Italia Gallia eiusque vicinia præter Hi-
spanias, olim in sua iura veniret. Nam licet vi-
res humanæ repugnant tamen necesse est co-
lum eo quod est aeternum agens vincere. Ideo
vero non potuit aliunde quam ex Gallia eleua-
ri monarchia contra remp. Romanam à Cha-
mitis & malis malorum Saturnorum filiis fa-
ctionibusque infectam. Ista tamen omnia vo-
luit ex lege historiæ & ratione cœlestium signo-
rum scribere, nec derogare patriæ timuit. Illi
autem affinis est de Gomeritis Iosefus ut supra
iam est notatum. Vnde & literas Academiam-
que & studia publica primum in toto orbe ter-
rarum Samothes qui cœlestis interpretatur &
Dis à Cæsare dicitur, exposuit instituit promo-
uit, vnde Druidarum doctrina in toto occidē-
te floruit ante vllam inter Babylonios aut

Græcos publicam literarum memo-
riam. Sed sic consuluerat pri-
mogenitorum fami-
liæ Janus.

Quod Ianus idem sit qui & Noachus, & quod sepulchra eius locum sacrum Romæ futuræ in Ianiculo fecerit, quasque literas ritum & religionem instituerit.

-iv-

Pro hoc vero loco e tenebris eruto habendæ erunt a posteris gratiæ immortales ipsi Giambullario, quod rei qua in primis egebat mundus testimonium ex Athenæo inuenierit, fidemque rerum Berosi certissimam fecerit, in ea asseveratione qua ait, Ianum (qui & Noachus cœlumq. & omnium bonorum deorum vocabulis diues dicitur,) fecisse locum sacrum in Ianiculo, ad eam partem Romæ quæ olim eo nomine dicta est Antipolis, eo quod basis omnium ciuitatum mundi est. & reuera Mediceorum familie erūt etiam immortales habendæ gratiæ, quod in suis bibliothecis sit asseruatus tatus in gloriam Christi Thesaurus authorum Græcorum, ut ex illis primi nostri omnium parentis fides possit peti. Stat itaque sacra sententia quod ideo Noach id nominis accœperit in sacris quia Gratiam & consolationem posteritati attulerit. Vnde Mosis auditores scribunt ~~pro~~ Noach Zeli chen id est Noas est gratia mundi. Sic enim dupli via ostendunt Diuinitus indita nomina legi ut idem

variis nominibus ostendant. Sic ^{וְיַעֲשֵׂה} Mossch
 hassem Mosem diuinum nomen vocant quia
 omnia quæ fecit Moses duce spiritu nominis
 Dei magni fecit, & contra in Impiis. ^{וְיָמִין} Her
 Zeh rah. Her primogenitus Iudæ est impius sūi
 videlicet seminis destructor. Porro sicut apud
 Ethnicos ex nimia Græcorum licentia res eadi
 potissimum Diuina variis multisq. nominibus
 vocatur (vti de Diis deabusque & de omnibus
 Naturæ virtutibus videri in tota Pseudothre-
 sciæ seu falsæ religionis farragine licet) sic in
 sacris varia nomina sancti habuere. Ideo impe-
 ritii religionis multa falsitati adscribunt quæ sunt
 vera. Nam Moses docuit suos auditores quod
 in Syria fuit vnuus magnus Gygas qui dictus est
^{וּבָה} palet id est superstes liberatūsue à diluvio,
 & ^{וְיָמִין} seu ^{וְיָמִין} Ogy id est placentarius & rei
 frumentariæ in sacros vſus verus aptator, quo
 Moses & Noachū ipsum & Samum eius filium
 secundo genitum voluit intelligi. posteri autem
 non intelligentes putarunt in Syria sancta non
 fuisse diluvium. Sed quia verus & primus pon-
 tificatus mundi & ecclesiæ specialis legis Natu-
 ræ sedes erat in Salē ad sepulturā Adami iuxta
 Chebron, Melchisedec autem qui & Sem erat
 magnitudine totius mundi maxima tanquam
 qui summus pontifex instar omnium hominū
 erat, Moses ita adumbravit. Vixit autem 500.

annis post diluuium ad informandum Abrahā-
mum & posteros de iure pontificatus & legis
profetiarumq. à Chancho ante diluuium scri-
ptarū, & quas cum testimonio decalogi cœlitus
bis exscripti Moses fecit ex apocryfis canonicas
in quinq. libris. Nam & temporib. diluuii īā ra-
tio mundi & immundi animalis. erat exposita.
& sanctis cognita. Abrahā autem obseruauit nō
tantum fidem & circumcisionē, sed etiam super
erogando vniuersas leges ceremonias iudicia
& præcepta, quæ postea Moses omnibus obser-
vanda proposuit, vt Genesis 26. videtur. pœna
etiam iam ante legislationem erat posita delictis
vt in Thamaræ facinore visum est. Si militer de
non miscēdis connubiis vt in Dina videtur. Hic
itaque placentarius Sem eo quod quotidie æter-
ni testamenti placentas Deo offerebant, placen-
tæ autem illæ dictæ sunt ny og & ogoth seu
vgoth, dictus est à præstantissimo officio offerē-
di æterni sacrificii placentarum & vini mysti-
ciosi, Og, Ogys & Ogyges, quod nomen à pa-
tre uniuersi Noacho seu Ogyge primo habuit.
Fuit enim vniuersi papa sanctissimus Noachus,
& post eum Sem eius secūdogenitus dictus Mel-
chisedec, tanta bonitate Homo & in spiritū diui-
num vsque adeo trāsformatus & in se mortuus,
vt Iesus Deus incarnatus in gloria ponat dici sa-
cerdos secundum eius ordinem. Et hæc est no-

minis Ogy ratio. Hinc Ogygia aureaq. secula.
Hinc vetustissimæ Ogygiæque arbores & habi-
tationes in Syria diuinæ religione sacræ. Hinc
Druydarum quercus. Nam tota deprauata reli-
gio ex sanctissimis incooperat principiis, sen-
simq. fuerat prolapsa in idololatriam, per eam
Satanæ inuidiam quam assidue etiampost incar-
natum Christum experimur, ita ut recētiorum
literarū memoria diabolus in tota India Mu-
hamedes in Asia Africa & tertia Europæ parte fe-
re vbiuis sese Christo supposuerit. Quod autē
noster parens & noua & vetera promeret, atque
de Antediluviano & de repurgato sēculo vide
dicet crebro yerba faceret dictus est ἦπη Diu-
colain duarum loquutionū seuvocum subiectū,
sicut ad hanc diem auditores Mosis⁷². Seniorū
diuinitus electorū alumni in veris Cabale seu re-
ceptionis secretioris libris vocant Messiā seu Ti-
fāreth id est maximum totius mundi & hadie-
nus in sanctis vniuersis sese manifestans decus
Diu prozopin ἤπη idest duarum personarū
in viam naturam suppositum, quæ vox est illis
frequentissima quamuis illam nolint neoterici
capere. Sic in lege naturæ summus ille iustus
& mūdi Basis perfectissima Noachus diu Caliō
dictus est, eo quod de illo apud patres ante-
quā nasceretur era sermo tr̄ebetrimus & pro-
fetia as̄ida. Sed Græca negligentia ista omnia

infecit, & vt videretur Antiqua sibi Deucaliones aliquot sommauit. Col autem seu cal est & linguae Sanctæ & Arabicæ seu Chaldææ vox communis. Ipse autem est nomine Domini cuius spiritus in eo Habitabat, nuncupatus. Iouem enim dixerat à voce Iehouah apud patres mysterii plenissima. Quum autem non satis caperetur quid sibi id nominis vellet (vt ne nunc quidem adhuc scitur vulgo) & viderent antiqui rerum naturæ & cœlestium peritissimi patres, Masculinæ parti naturæ incumbere potissimum illos angelos aut substantias separatas superiores quæ mouent ut in finem, vocarunt Noachum cœlum, eius autem vxorem nominibus elementorum eo quod inferiori & fœmineæ partimundi incumbunt illæ intelligentiæ seu angeli qui mouent ut in locum, suntq. rebus ipsis secundum locum & non secundum formam impactæ. Ideo spiritus nomine fœmineo Rhea seu Ruah apud antiquos dicebatur ideo ab ignis spiritu Estam & Vestam, ab aëre Rheam, ab aquis luto conspersis & compositioni naturali aptis ~~et~~ tityn seu Thetyn, A terra Areziam vocabant rem eandem. Inde à Iehouah Iehuonah fœmina & Latinis Iuno dicta est res eadem. Satis est nosse, quod Noacho & Naomæ eius vxori de stirpe Cain electæ data sunt omnia diuinitatis & naturalium cœlestiumque virtutum vocabula.

Hinc Zeus Græcis, Iouis Latinis, Iehouah Hebrewis idem pro mente ab extra in Noachū aduentante significauit, quam occasionem ex summa ratione à sanctis institutam quum accepissent Græci sine vlla cognitione rationū linguæ Sanctæ deduxerunt in tantam licentiam, ut cœlū fabulis Orfiscisque somniis oppleuerint. Sed de his nominib. alias Religionis vero usus quantumvis corruptus apud Romanos ostendit sanctorum primum fuisse Ianum quum innumeris aliis argumētis, tum potissimum illo uno quod præterat singulorum Ianuis, incipiebat annum, pacis bona orationibus mittebat, & singulis in regionibus Romæ etiam magna & triumfantib. habebat templa non qualia dii cæteri, sed singula marmoribus variis incrustata. Sed ad confirmationem verborum Berosi & Athenæi sacra maiora erant in monte Janiculo, ut ostenderet ibi sanctum sanctorum (excepto Christo) fuisse sepultum. Ideo confluxit eo Numa auctorum mysteriorum alumnus, & ibi sepeliri voluit. Hinc Græcorum illorum Asiaticorum euersa Trōia concursus. Hinc posteritatis Chami iniuria & ad hanc diem bonos impetēs Saturnitas, malorum Chameſſennuorum mala progenies, Sed quid per profana pergo? Hinc Christus ipse quum venit Romam iterum in Petro crucifixi, elegit ut inuersa cruce funderet animam

super sacrosanctorum Noachi reliquiarum monumentum. Hinc fecit Deus ut post Gotthoru bella locus summi pontificatus in urbem leoninam transferretur destructa omnino veteri Roma quæ à malis ambitionisque Chamitis fuerat Ianiculo opposita. Nam teste Plinio ad Ianiculam montem erat vna ad Tarpeium erat altera Rhomæ pars, illa Antipolis cuius erat nomen facrosanctum primæque in temporalibus intelligentiæ mundi coniunctum erat, hæc autem pars quæ Romæ propriæ vocabulum à Sorano euulgatum & per Angeronā silentii deam absconditum & in religionem versum occupauit, & dum sibi voluit Angelum Ianiculi vendicare, sibi præclarissimum totius mundi casum & ruinam accersiuit (Tanti est ambitio) dicta fuit saturnia. Quum enim viderent illi perditi filii Chami per rituales libros & astronomicos, in quibus ipsis Geniorum totius mundi ratio erat exposita fore omnino ut duæ illæ prouinciæ quæ ad sepulturam duorum principum mundi essent electæ, vnam in Syria ad Aeternum pontificatum Melchisedecianumque regnum spirituale, Alteram in Italia ad Aeternum imperium & temporale regnum ibi sub Adamo primo Saturno mundi, hic autem sub Noacho aurei seculi duce, sategerunt temporalis imperii locum deligere & oppugnare, ut in eius iura irrepereret.

Hinc

Hinc Satanas summos superbiæ avaritiæ & luxuriæ conatus post destruetū tyrannidib. Oriē tem & Græciā in trib. Monarchiis cōtra Romā cōuertit. Et propterea Christus summa potentia mundi postquā à Cæsarī sententia per Pilatum, suauq. Caifæ summi pontificis, & qui eius ipsius solius habebat pontificatum, voluit mortis sententiam accipere , vbi maxime Satanas inualuerat, ibi & non alibi debuit ponere sui imperii spiritualis sedem, vt remedii paupertatis probri & doloris , siue per abstinentiam, gloriæ contemptum & assiduam afflictionem mederetur & occurreret avaritiæ & cupiditati superbiæ & ambitioni , luxuriæ & vsui superfluarum voluptatum , in eo loco vbi maxime inualuerant per Satanam & Chami maledicti progenie omnino terrenis rebus addictam & creaturarū aniorem assidue creatori præferētem. Ibi enim sategit satanas iniquitatis in summo gradu operari mysterium, vbi vidit æternæ coronæ & pri mogenituræ mundi esse cōstitutum imperium. Tanti est argumentum quod attigisti Giambul lari, vt nec fuerit vñquam nec in posterum pos sit maius , quām vt fidem facias sepulturæ sacro sanctorum reliquiarum mundi . Virtus enim summi pontificatus in illis est , donec recuperato totius mundi iure ad sacrosancta Adami busta glorioſſime videatur Christus coli in caput

anguli ibi positus vbi ab ædificantibus factus est lapis reprobatus , & vbi sua voluntate omnino infraudabilis venerat in propria vt sui illum recipierent. Ideo haetenus Ismaëli Alcoranico seruandum tradidit locum , donec eò remigret suis fultus posteris Isaac , aut potius donec renascatur , & restituantur omnia , & tantum restituat Iesus quantum destruxit eius aduersarius satanas. Sed de literis & Iani religione dicendum est.

Quæ unquam fuerint primæ literæ publicæ & quænam attulerit Noachus in occasum.

ICET in Tabulis de origine literarum inscriptis Cosmo Medici, vti qui hoc restitutionis omnium tempore præsit regioni eleætissimæ, iam ostenderim origines literarum & figuræ priscorum Characterum Etruscorum Latinorum & Græcorum, vt quum prodierint Tabulæ ab officina Oporini nil desyderent aitorum mysteriorū Candidati, tamē paucis sunt hic præmittenda repetendaque , quæ iam tradidimus , vt non desit Gello tuo sua coronis . Fuisse ante illuuiem literas & sacris & profanis testimoniis inuiolata fide constat . Nam septimus ab Adam Enoch profetia clarus scripsisse de reb. diuinis legitur.

Eius opus etiamnū superest pro Canonica scri-
ptura in Aethiopia, in ecclesiæ Reginæ Sabbæo
rum archiuis. Hodie vocant preti aut presby-
teri pro preciosi Iohannis nomine illam Chri-
stianorum multitudinem. Iosefus author est,
quódque ad sua vsque secula superessent co-
lumnæ ante diluuium literis inscriptæ affirma-
uit. Plinius etiam non obscure refert literas in
Syros ad æternum vsum nedum ante diluuiū.
Quod Assyrias dicat nil refert. Nā Sur & Asur
addita vna litera differunt. Quumque in Fœni-
ces primum vsum referat clarum est, quod de
Syria sancta intelligit, licet non intelligat ut qui
ab aliis effata refert. Quum itaq. sanctissimus iu-
stissimus & perfectissimus mortalium fuerit il-
le noster Ianus vniuersi parens, & viarum vni-
uersæ carnis Dominus inferior, non est dubium
quin & religionis perfectissimum in mundo sta-
bilierit genus, & literas disciplinasque præstan-
tissime expositas posteris tradiderit. Quū enim
temporale vniuersi imperium suis primogeni-
tis dederit, dubium non est, quin religione mo-
ribus disciplinis & literis exornarit. Hinc factū
est postquam genuisset 17. Titanes & carmine
magico à Chamessenuo suisset emasculatus, se-
totum dedit religioni qualem instauratam suis-
se sub arctioris vitæ professione videmus, ita ut
patres mysticos siue secretos genitores suos Ra-

zi Inuos in tota instituerit Etruria . Et quia legis quam postea erat Moses expositurus per tissimus erat , ad instar 12. tribuum voluit 12. tribubus & religiosis & ciuilibus populum diuidi ad imitationem 12. signorum cœli suis intelligentiis omnia mouentium . Ideo antiquitas illi aram θωρακωμον, id est 12. altarium posuit ad Ianiculum præcipue . Inde ius Petri super fratres quos aliquando conuersus debet confirmare, vt super sedes 12. iudicent 12. tribus Israël , adhoc enim sunt 12. horæ diei vniuersi mundi qui alioqui vnica dies est . Factum itaque est ratione religionis, vt Etruscis ipsis ob mysteria geniorum tunc familiarissime à sanctis viris euocari solitorum & maxime in urbium euersione aut fundatione , tradetet notarum magis quam literarum usum , ita vt singulæ tribus haberent diuersa serie Alfabeto solis sacerdotibus concredita & aliquando in dextram aliquando in sinistram scribi solita , ne euocatis ambitione angelis custodibus , bellis exarserent . Euocati vniuersæ naturæ potentiae solebant ritibus illis Etruscis . Nam natura & gratia fuerat à tam sancto viro in suos ordines redacta . Quæ vero essent illæ literæ hodie non possumus videre : quamuis Characterrum virtutes & figuræ haberemus , eo quod lingua illa funditus periit & locum Oscis Vol-

scis atque demum Latinis dedit. superest ut aliunde petamus quos publico usui Characteres exposuit. Constat ex Cæsare Dictatore VI. commentationum Gallicarum libro Ditem primo apud Gallos (qui & Gomeritæ sunt) sub quorum genio arripuit imperium, reperisse aut publicè exposuisse literas, quales multis postea saeculis Græci habuere. At qui Dis ille qui & Samothes id est cœlestis dicitur, ob insignem & nulli secundam diuinarum humanarumque rerum scientiam est quartogenitus ipsius Itali Iapeti primogeniti mundi ante diluvium. Quare quum sit etiam temporibus Homeri merito dubitatum an habuerint Græci literarum usum, aut saltem Troiani belli aut potius somnii tempore sit certum caruisse literis in Græcia, saltem nos habuisse mille & plures annos usum literarum constat antequam in Græcia publice essent. Disciplinis quidē magnis doctos interea caruisse inter eos affirmandū nō est. quū illus operis quod in Orfeū referunt, constet & vetustum & doctissimum fuisse scriptorem, ita ut nulla disciplina sit Cabalæ propior quam Orfica. Ipso porro literarū maiuscularū charactere videtur, easdem & Latinas & Græcas fuisse literas. licet enim χερογεφία & figuris minusculis differunt admodum, non solum ab aliis

sed maxime à seipsis , vsu aut abusu rerum potius omnia corruptente , tamen capitales formæ origine quadrant . Primus itaque primogeniti Noachi filius quartogenitus & perfectiō nem senilem in eo numero bonitatis repræsentans Samothes , qui & Dis , sacros Druydarum ritus & literas externas proposuisse & studia in Galliis publice exposuisse apud Cæsarem & Berorum legitur . sunt autem illæ literæ omnino Samaritanæ quas in externo publicoque reip . vsu inter Iudeos cōstat ante Esdram fuisse , eo quod nulla plane moneta videtur à ruderibus Ieroſolymitanis effodi nisi in eo charactere quem Esdras reliquit Samaritanis ob crebros factionis decem tribuum proscriptarū errores in eo scripsos , quum publice exposuit , & se adinuenisse apud populum finxit illos sacrosanctos characteres quos Adam Angelitus , Moses autem cœlitus in Tabulis legis recuperat . Characteres autem Samaritani tales sunt ut excepta Iodi & Alefi figura mysteriosa plane sint iidem cum Græcis & Latinis , imo Græci & Latini ab illis extracti & per Græcias vitia in duo diuisi sunt idem cum illis , si ordine & figuris aliquantum obuersis consyderes . vsu enim Samaritano aut Hebræo ut melius loquar leguntur motu naturali ab extra ad intra seu à dextra principioque motus in sinistram , Græcae autem & Latinæ cō-

tra. Nil itaque aliud fecit Cadmus Fœnix quām inuertere apud Græcos quæ iam inter suos cō-senuerāt, & quæ iam multis sacerulis habebamus veluti noua largiri. Sed quid? nonne Strabo ait in Hispania temporibus Angusti fuisse reper ta 6000. annorum historias? sunt anni illi tem-pestatum, tres pro anno vno, vt apud Abrahamas fieri solitum erat. tantum enim temporis in Historiis se habere dixerunt Apolonio illi insi-gni eruditione Mago. Quum tota Europa cum Anglia, præter Hispaniam & Italiæ Etruricam superioremque partem sit supposita Arieti, soli Hispani deficients à primogeniti obedientia & à Celtarum nomine quod in tota alioqui Eu-ropa ad Mare usque Ponticum fuerat commu-ne, refugientes sibi fecissent caput, voluerunt etiam sibi vendicare characterum à Dite pri-mo expositorum honorem & usum. Sed omnia opus est restitui. Cogent enim cœlum & intelli-gentiæ, non ipsa particularia arbitrii libertate prædita, sed corpora prouincialia publicaq. vt omnia in sua iura redeant, & remota illa lingua rum differentia quæ ex rebellionis summa pec-cato per Nimrodū nata est, nobis est necessario repedādum ad sacros usus illius linguæ Sanctæ quam Adam cum veritate naturæ exposuit, Mo-ses cum lege restituit, Christus sacrosanctæ vo-cis articulis celebravit. Ideo vero Deus permi-

sit vt pér illius filiæ secundogenitæ dominium
in Arabica seu Babylonica corrupta aut Chal-
dæa orientali positum, sub Alcorani lege, hodie
tantum non Asiæ & Africæ atque Europæ ter-
tiæ parti imperitante, sensim adhoc distendere-
tur, & priscarū linguarum frangeret superbiam,
donec nunc Iesus sui Euangelii lumen in ea ex-
poneret, & decem tribus Israël in Turchis po-
tissimum & Tartaris agentes, in Ismaële cui cō
formes factæ sunt restitueret, qua opera nulla
vnquam ab ipso Christo maior effecta est. Sic
eam linguam in qua haec tenus credidit Christia-
nismus esse maximum malum, Christus augeri
ita voluit, vt fieret ex ea summum bonum id est
vniuersi generis humani reconciliatio. Ideo no-
bis Deus dedit & tantum in hanc operam ani-
mum & ita mediocrem linguæ tam magnæ co-
gnitionem, vt nunquam sim cessaturus quin aut
per me aut per illos qui me audierint fecerim,
vt Dominus meus Iesus hanc recipiat ab vni-
uerso gloriam, vt ibi actu abundet iustitia & co-
gnitio æstimationeque preciosi sanguinis, vbi ini-
quitas & mediatoris vniuersorum abundauit
ignorantia. Iam in hoc paratos vetustissimos
codices Euangeliorum ante quingentos annos
scriptorum habeo. Sic nunc duce natura per
vnius linguæ beneficium illud recipiet mundus
Orientis & Austri, olim Samo & Chamo sub-
iectus,

subiectus , quod vna lingua miraculose ab omnibus gentibus illius omnino imperitis intellecta, facere in toto orbe conati sunt Apostoli, sed duce gratia. Ideo primas literas publicas voluit in occasu Noachus haberi , ut sensim augescens naturæ cognitio, olim gratiæ iungenda , ab occasu in ortum & vniuersum refunderet, quod ab ortu in occasum ipse cum iure vniuersi attulit . Ideo est seruus seruorum fratrum suorum Cham additus glebae illorum, & Iapetus est ita per benedictiones Noachi dilatandus, ut in iura Semini per totam Asiam veniens ab occasu in ortum, habitare Iure diuino in eius tabernaculis debeat. Tanti momenti est tuus Gellus; in quo tibi videbaris leuiuscum lam operam reipræstare. Verum quia in ordine sacro agis, Deus te ad sacratissima mouet mysteria. De Naturali etymo ex lingua sancta petito scripsisse aliquam, & potissimum quæ videtur desiderare Gellus tuus. Sed in re immensa nolim paruulas opellas collocare. Ab initio duas linguæ erant externa publicaque & sacra . Sacra usque ad Esram delituit . Nunc quomodo uno solo Iodi elemento triangulare, triplicisque mundi compendiario, consurgant elementa sancta in Tabulis docui, mor-

tuamquæ duce Adami & mea intelligentia
in Christo suscitaui, Externa seu Samaritana
vnde Græca occidua & Latina paucis Iudæis
in Oriente super est. Sed Samaritanæ decem
tribus Israël quibus factus est Messias Muha-
medes Ismaëlista cum Alcorano suo Arabo-
chaldæo hodie externæ illius Samaritanæ vi-
ces in Oriente & meridie supplent. Latina
& Græca Noachi alumnae, expositionem ti-
tuli gloriæ Christi habentes, sunt genti illi re-
fusuræ , quæ olim ab externa lingua recepe-
runt. Ideo mysteria Cabalistica in sola He-
braica & Arabicochaldæa tam Sancta super
sunt, vt non certius ab ipso cœlo mundicia
& puritate Christiana fretus possis petere vi-
tae humanæ præsidia, quam ab illorum Cha-
racterum virtute . Sunt enim Arabici Cha-
racteres deducti per corruptā chirografiam
ab Hebræis veris , eo quod Samaritanorum
vſus,in se periit, & pro solo auitæ veritatis te-
stimonio inter paucos Mosicos remanet.
Grammaticam ab Oriente attuli eo chara-
ctere scriptam & Arabice expositam vt fi-
dem nostro orbi verborum Hieronymi de
Samaritanis scribentis facerem , & hanc re-
rum originem primus orbi occiduo expo-
nerem. Hæc sunt mi Giambullari quæ mihi

videntur necessaria ad hoc vt validissimam
tuæ linguaæ Arameaæ exponas rationem. Nā
nullo modo sine historiae & rerum stabilita-
te videris docere, & rem per suas causas de-
ducere. Ipse per hæc aliquot horarum com-
mentaria per te iudicare poteris quām reip.

mei seculi & maxime vni tibi esse vsui
cupiam. Fac vt ista post Gellum
tuum prodeant, aut vbi tibi
& amicis habueris fide
liter asserues. Ra
ptim enim scri
psi, ipsumque
αὐτόγενον
mitto.

F I N I S.

I ii

Errata in toto opere corrigenda.

Pag.	Versus Err.	Corr.
33.	6 extremaq. Ratio.	extrema queratio
43.	5 sed Augusti solū meminit.	Sed Augusti solū. Meminit
60.	28 חותה	חותה
63.	9 ab וְ	ab וְ
67.	16 Imperium	impium
80.	22 nauigauiumue	nauigium ue
84.	18 Lemechide filio	Lemechi de filio
88.	5 אֶפְךָם חַד dicitur	Apex enim חַד dicitur
99.	9 אַבְחָמָלָץ	אַבְחָמָלָץ
99.	15 אֲרָשָׁא	אֲרָשָׁא
109.	24 à pueris	à priscis
109.	8 partibus	patribus
124.	2 iam primogenitos	zani primogenitos
124.	24 imparabant	imperabant
132.	10 isthac	isthoc
133.	10 quoniam Janus	quem Janus
133.	24 nomine	nomen
137.	20 continentē in	continentem
149.	13 ad ipsiue	ad ipsius
172.	19 qui eidem	qui eidem
173.	11 hunc sacri ritus	hanc sacri ritus
192.	3 Genorum Angelorumue.	Genorum Angelorumue
197.	16 Liberationem	Liberationis
200.	28 aduenisse	ad inuenisse
218.	4 frequentetur	frequententur
227.	6 de illo	de illo

RERVM AC VERBORVM MEMORIA

BILIVM INDEX.

A

- Aborigines qui & unde* 71 *Arfa quid* 99
Aborigines ubi 72 *Astra Leonis uelmentissima* 50
*Aboriginem nomen quando in-
uidiosum* 77 *Athenaeus Mediceus* 65
Abraham quando circuncisus 91 *Atlanticum nomen unde* 71
Adami Amanuensis 204 *Aturia A Syria* 57
*Altarium & verbium fundame-
ta ubi ponenda* 155 *Aurei seculi institutio* 73
Angeli a sanctis culti 92 *Authoritas praestantiss. que.* 166
Anima natura quadruplex. 129 *Authoritas summa qua* 163

B

- Anni Celiberorum* 20 *Basis Regni temporalis in Atie-
le* 57
*Anni principium cur a Mose mu-
tatum* 109 *Basis secunda ueritatis* 222
Anni sacri Graecorū initium. 109 *Basis summa felicitatis mundi*
Anni solaris initium 200.203 *ubi* 122
Anni tempestatum 247 *Beneficium Dei maximum.* 197
Annis a Mose mutatus 201 *Berofus quis sit* 20
Annis Lunaris 201.203 *Berofus quando* 224
Annis Lunaris cur institutus 204 *Berofus dignitas* 194
*Antiquitatis testimonia de scri-
pto probabantur* 228 *Berofus excellentia* 215.226
Antiquorum error de spiritib. 182 *Berofus quare non rejiciendus* 23
*Appetitus hominis praestantissi-
mus, qui* 12 *Berofus scripta unde allata* 226
Ara dodekaēcylōv 244 *Brahmanes unde* 88

C

- Ara Cœli consecratio unde* 43 *Cabala quid* 132
Arezia unde dicta 104.238 *Cabalistica mysteria ubi* 250
Arezia & Cybeles eadem 104 *Cadmus quid circa literas fecerit.*
*Argumentum maximum ad or-
bis pacem* 220 247
Ariel Tuscia regia 96 *Camerinum unde dictum* 76
Arietis influxus 217 *Cameſenii impietas* 76
Aristotelis impietas 178 *Cameſis in Italiam irruptio* 77
Aristotelis inconstancia 106 *Camita in Italia ubi* 76
Carmenta quid circa literas 122

INDEX

Carmina Sibyllina	41	Divinationis partus primus	133
Causa prima omnino immobilis.	176.	Divinationi proximus qui	9
		Divinatio simplex & sancta	11
Ceres unde dicta	104	Divinatio summa ubi	15
Characteres Arabici unde	250	Diviniſ. hominum quis	3
Christianorum insectatores	35	Diu Proſopin quid	145
C H R I S T V S cur secundum ordinem Melchisedec	198	Doctrina apud priscos duplex	81
C H R I S T V S Pan.	39	Druſarum doctrina unde	233
Compositum, faemina tantum.	107	Duodenary dignitas	129.130
Cœli influxus duplex	21	Duodenary numeri mysteria.	244.
Cœli pars masculine	112	E	
Cœli pars fæminæ	112	Ebraeorum literæ in eternum dura-	
Connexatio de Lydia nomine	132	turæ cur sint	28
Credulitatis uis	190	Ebraorum scripta cur ubique diffe-	
Crimen parricidio affine	14	minata	26.31
Cybeles unde dicta	104	Es & Esca que & Vesta	69
D		Vesta & Vesta unde	238
Dæmones mali	181	Etruria antiqua	55
Decatemporiorum intelligentiæ.	135	Etruria Ioui & sagittario subie-	
Demeter & Gometer	105	cta	55
Decalion	68	Etruria sacrorum persiguum cur-	
D E V M esse, neceſſe eſt	21	170.	
Dies commemorationis Diluvia-		Etruria basis	55
næ		Etruria diuīſo	244
Dies liberationis ab aquis	197	Etruria Genius	85
Diſ Samatracæ	204	Etruria nomen	59
Diluvij dies	104	Etruria Regiones	131
Diluvij cause	204	Etrusci externas litteras abhorre-	
Diluvium generale	74	bant	95
Diluvij tempus	63	Etruscōrū alfabeta diuersa.	244.
Disciplina præcipue	199	Etruscōrum excellētia	192
Dis quartogenitus Iapeti	80	Etruscōrum integritas	164
Dis, qui & Samothes	245.246	Etruscōrum xy. Alfabeta	116
Divinationes quæ ſint	15	Etruscōrum xy. Tribus	116
Divinatio unde peti ſoleat	10	Etruscōrum religio cur diutur-	
Divinatio per ſomnia unde compa-		nor	166
randa	10	Etruscōrū res funditus periere.	19
		Etruritisci	61

INDEX

<i>Ezechieliis uisio</i>	149.150	<i>Hatal in Aphrica</i>	71
F		<i>Herodis impietas</i>	44
<i>Farreatio Romanorum</i>	212	<i>Heroes qui</i>	192
<i>Fœcialium consuetudo</i>	158	<i>Hircus ad Azazel</i>	86
<i>Fœlicitas humana ubi</i>	215	<i>Historia occidentis cur apud Chal</i>	
<i>Fœmina pura quid</i>	138	daeos	22
<i>Fœmineum quid</i>	138	<i>Historiae fides unde petenda</i>	18
G		<i>Historici fide digni qui</i>	17
<i>Gal & Gallim unde</i>	68	<i>Homo tantum scit, quantum ope-</i>	
<i>Galli qui</i>	97	ratur	36.
<i>Gallus</i>	97	<i>Homines cur Dij</i>	99
<i>Genera decem mouentium ut in fi-</i>		<i>Hominum præstantissimus</i>	127
<i>nem</i>	183	<i>Homouerus</i>	142
<i>Genera decem mouentium ut in lo-</i>		<i>Humanum genus unde regi de-</i>	
<i>cum</i>	183	beat in sacris	109
<i>Generis humani principiū ubi</i>	176	I	
<i>Genj qui sint</i>	184	<i>Iani Clavis</i>	101
<i>Genj unde dicti</i>	191	<i>Iani excellentia</i>	243
<i>Genj ad quid</i>	191	<i>Iani institutum de Genjs</i>	
<i>Genj serofolimitani uis</i>	56	<i>Iani lingua due</i>	70
<i>Genj locorum, quid</i>	159	<i>Iani nomen unde</i>	68
<i>Geniorum bonorum fontes duo.</i>	180	<i>Iani nomina plura</i>	64.
<i>Geniorum euocatio</i>	244	<i>Ianus quadrifrons</i>	146
<i>Geniorum numerus</i>	191	<i>Iani sapientia</i>	80
<i>Geniorum occultatio</i>	185	<i>Iani scepterum</i>	101
<i>Geniorum prima fœlicitas ubi.</i>	62.	<i>Iani Templa</i>	61
<i>Geniorum uirtus</i>	158	<i>Ianiculum urbs</i>	167
<i>Genius Ro. & Numa euocatus.</i>	139.	<i>Ianiculus locus sacratissimus</i>	57.
<i>Gentium instituta cur perierint.</i>	30	<i>Ianiculus mons sub Leone</i>	55
<i>Gomer, Iapeti primogenitus.</i>	97.	<i>Ianiculus mons, rerum sacrarum</i>	
	232.	perfugium	168
<i>Gomerita</i>	71.72	<i>Ianus a diuersis locis diuersimode</i>	
<i>Gomerita qui</i>	227	nominatus	101
<i>Gomerita qui & Galli</i>	245	<i>Ianus Cahos</i>	99
<i>Græca fibulæ fas</i>	95	<i>Ianus cur bifrons</i>	144
<i>Græcorum nugacitas.</i>	58	<i>Ianus cur Deucalion et Bifros.</i>	79
		<i>Ianus cur Deus</i>	98
H		<i>Ianus Holamaba</i>	99
<i>Hanochi scripta ubi</i>	108		

INDEX

Ianus Olympus cur	99	Lares & Cenj unde	86
Ianus & Vesta cur pro diis culti.	206.207.	Legis Mosaica multiplex descrip-	
		tio	us
Ianus Orientalium instituta in I-		Legum latores	30
talianam attulit	134	Legum salus ubi	43
Ianus sanctorum primus	239	Leo cedet Arieti	90
Ianus semen et anima Mundi. 99.		Leonis influxus ubi	217
Iapetus Iani primogenitus	75	Lex eterna & finis sacrorum om-	
Iapetus Noachi primogenitus. 97.		nium	33.36
Idea formarum	107	Lex antiquior Mose	236
Idea Mater qua & Vesta	160	Lex prima & eterna	126
Idea unde dicta	161.162.	Lex prima post diluviana	75
IEHOV AH	238	Linguae duæ ab initio	249
Iehuas diligit portas Zion	188	Lingua Etrusca fuditus pergit	244
Ignis cur aleretur	105	Lingua Graeca et Latina unde	249
Imperatoria sedes ubi	216.240	Lingua prima	16
Imperia Mundi præclarissima ubi		Lingua sancta	223
futura & cur	70	Literæ ante Diluvium	242
Imperium primogenitura. 230.231		Literæ Celtarum	119.120
Inauguratio cuiusmodi	156	Literæ maiuscule Græcorum &	
Inaugurationis herba	157	Latinorum, eadem	245
Incendium ex terra	47	Literæ Samotris cuiusmodi	246
Incubi unde	181	Locus ab auctoritate humani gene	
Instauratio orbis quando	169	ris proprias	224
Intelligentia cœlestes media	107	Locus primus Sacer.	64
Intelligentia duplices	143.144	Lud & Veled. quid	132
Intelligentiarum multitudo. 187		Lydia quid	132
Intelligentiarum ordo duplex	102	Lydyi Etrusci unde	135
Zoephus fide dignis.	16	M	
zouah nomen.	100	Magistratus Etrusci	133
zonis nomine quis	187	Magorum excellentia	192
Ismachia cur in iudaorum locum		Marah unde dicta	108
substituti	30	Masculea & Faeminea Diuini-	
Italia unde dicta	70	tatis uis	103
Italia sub corde Leonis	112	Masculeum quid	138
zuno unde dicta	238	Masculus purus quid	138
		Melchisedec, qui	63
L		Melchisedec, qui & Sem	235
Zamechi prophétia de Noah	84	Melchisedec	

I N D E X

<i>Melchisedec secundo genitus Noe</i>	<i>Numæ commentary</i>	196.
<i>chi</i> 170.175	<i>Numæ Regis coniunx</i>	140.
<i>Mens in homine ubi</i> 142	<i>Numeri priores nominibus</i>	129
<i>Mens extrinsecus adueniens</i> 98	<i>Numerorum uis</i>	128
<i>Mens Mundi</i> 192.193	<i>Numerus mysticus</i>	135
<i>Mensis Diluvij qui</i> 204	O	
<i>Metum Ordo formalis tantus</i> 107	<i>Og uel Ogy qui fuerit</i>	63
<i>Metelli Pontificis Pietas</i> 163	<i>Ogyges primus</i>	236
<i>Miracula maxima</i> 205	<i>Ogygis nomen unde</i>	63
<i>Mohad quid</i> 98	<i>Ogytarum familia</i>	64
<i>Mons cur òpos</i> 78	<i>Oleni uatis uaficies</i>	157
<i>Mores & Pietas reip. unde</i> 124	<i>Ops unde dicta</i>	105
<i>Mosaicus coetus</i> 132	<i>Ordo Rañihinorum</i>	71
<i>Mosis libri maxima integritate apud Christianos et Iudeos</i> 30	<i>Ordo mouens ut in finem</i>	102
<i>Mundi capita quatuor</i> 22	<i>Ordo mouens ut in locum</i>	102
<i>Mundus quare conditus</i> 54.214	<i>Origo unde dicatur</i>	76
<i>Mundi scopus</i> 215	<i>Origo et fons priscæ religionis</i>	174.
<i>Mundi superficies prima</i> 112	<i>Orphica disciplina cabala proprietatibus</i>	248
<i>Mutatio in orbe unde</i> 159	P	
N		
<i>Naomah de stirpe Cain</i> 238	<i>Palet & Og, qui.</i>	235
<i>Naomah unde dicta</i> 104	<i>Pan Deus, qui</i>	39
<i>Natura inferior distinctio unde</i> 103	<i>Pandora unde dicta</i>	105
<i>Natura totius moles unde</i> 179	<i>Parisensis Schola authoritas</i>	166
<i>Nimrodi impietas</i> 188	<i>Pars nobilissima primi mobilis</i>	50
<i>Noah unde dictus</i> 234	<i>Pasca ante Mosem</i>	109
<i>Noah unde dictus Cælum</i> 238	<i>Pasca Diluvij</i>	205
<i>Noah Deucalion</i> 237	<i>Pascha Iudeorum</i>	201
<i>Noah, Papa uniuersitatis</i> 236	<i>Phœnices qui</i>	243
<i>Noachi sapientia</i> 57	<i>Platonis excellentia</i>	177.178
<i>Noachus Astronomiae peritissimus</i> 233	<i>Plinius Divinitatis ubique intersectator</i>	40
<i>Noamah uxor Noah</i> 104	<i>Plinij impietas</i>	189
<i>Nochus aut Noachus unde</i> 96	<i>Plutarchi locus de Christi morte</i>	37
<i>Numa cur sepultus in Ianiculo</i> 239	<i>Pons publicius cur</i>	171.173
	<i>Pontificatus summi uirtus ubi</i>	241
	<i>Pontifices Romani unde dicti</i>	170

INDEX

<i>Pontificia sedes ubi</i>	57.216.240	<i>Rerum priscarum obscuritas unde</i>	
<i>Pontificum authoritas</i>	174	<i>sit</i>	120
<i>Populi digniores</i>	21	<i>Res humanae unde constent</i>	154
<i>Populi post Diluvium</i>	136	<i>Revolvatio omnis ubi cessatura</i>	148
<i>Principis ueri studium</i>	81	<i>Rhea unde</i>	238
<i>Priscorum discipline</i>	88.89	<i>Rheah , quid</i>	104
<i>Prodigia & ostenta quid sint</i>	87	<i>Rituales libri apud quos</i>	121
<i>Prodigiorum interpretatio prestantis</i>		<i>Rituales libri quid continerent</i>	240
<i>tib. mundi scientia</i>	87	<i>Rituales Noachi</i>	22
<i>Proteus quis</i>	96	<i>Ritus sacri ante Moysen</i>	108
<i>Pyrrha unde dicta</i>	69	<i>Roma Ianiculo opposita</i>	240
		<i>Romater ante Romulum</i>	161
<i>Q</i>			
<i>Quarti loci uis</i>	130	<i>Romanareligio</i>	209.210
<i>Quaternarium in homine</i>	147	<i>Romani ab Etruscis inaugurantur</i>	
<i>Quaternary uis</i>	129.151.152.153		159
		<i>Romani quotannis in Etruriam mis</i>	
<i>R</i>			
<i>Razibinui unde dicti</i>	82	<i>si quod</i>	137
<i>Razibinui qui</i>	244	<i>Romanorum consuetudo</i>	165
<i>Razibinuerum frugalitas</i>	75	<i>Romanorum religio unde</i>	92
<i>Razibinorum officium</i>	82		
<i>Razibinuerum qualitas</i>	186	<i>Sabbatum Romanorum</i>	211
<i>Regni ius inter Umbros</i>	75	<i>Sacerdotum Romanorum confus</i>	
<i>Rei Christianae instauratio</i>	169	<i>tudo</i>	184
<i>Rei Christianae ruina unde</i>	169	<i>Sacrorum libri unde</i>	49
<i>Rerum Christianarum augumen</i>		<i>Sacrorum summa authoritas ab</i>	
<i>tum quoque</i>	169	<i>Etruscis</i>	93
<i>Reip. discrimina in quibus</i>	164	<i>Secula semper proficiunt</i>	30
<i>Reip. corpus unde seruetur</i>	113	<i>Saga quid</i>	101
<i>Reip. salus</i>	113	<i>Samaritani characteres</i>	246
<i>Rerum publ. felicitas</i>	3	<i>Samaritanorum Carabletes</i>	115
<i>Religionis absoluta ueritas ubi ser</i>		<i>Samothes</i>	118
<i>uanda</i>	112	<i>Samothes qui & Dis</i>	233
<i>Religionis obscuritas unde</i>	160	<i>Sapientia creata</i>	178.179
<i>Religionis Principes sepe uaginta</i>		<i>Sarhapanim quid</i>	145
<i>duo</i>	72	<i>Saturnia Roma</i>	240
<i>Religionis Romane ratio.</i>	213	<i>Saturnus quis , & quid</i>	131
<i>Religionis Romane ratio unde per</i>		<i>Saturnus unde dictus</i>	100
<i>rierit</i>	137	<i>Scientie ordo</i>	143

INDEX

<i>Scripta Enoch, ubi super sine</i>	243	<i>Tabula de Origine literarum</i>	242
<i>Scriptores Diluuui qui</i>	195	<i>Tages quis</i>	86.87.88
<i>Scriptoris fides unde petenda</i>	24	<i>Tamur Aegyptius</i>	38
<i>Sedes Primogeniturae ubi</i>	231	<i>Terra generalis materia totius corpo</i>	
<i>Sem secundogenitus Noachi</i>	236	<i>rea naturae</i>	86
<i>Sem excellentia</i>	236	<i>Testamentum aeternum</i>	127
<i>Senatus Romani sauitia in Damis</i>		<i>Testis fide dignus</i>	230
<i>dicos</i>	46	<i>Theologia corruptores Graci</i>	209
<i>Septima Dies Romanis culta</i>	210	<i>Teophili & Tatiani testimonia</i>	
<i>Sibylla Erythrea</i>	122	<i>quando</i>	229
<i>Sibylla Persica</i>	121	<i>Theopompi cecitas</i>	37
<i>Sigilli rubri ortus</i>	48	<i>Thetis & Maia eadem</i>	104
<i>Signorum Decatemia</i>	134	<i>Titys seu Tety's unde</i>	238
<i>Signorum intelligentia</i>	134	<i>Turcarum Imperium cur austum</i>	
<i>Signorum trianguli</i>	134		248
<i>Somniorum Diuinatio cur non facili</i>		<i>Tuscia quid sonet</i>	60
<i>lis</i>	10	<i>Tyrannorum fons</i>	231
<i>Spectra unde dicta</i>	191	<i>V</i>	
<i>Spectra quibus apparent</i>	193	<i>Verborum uis</i>	157
<i>Spiritus femininitatis in Luna</i>	102	<i>Veritas omnis unde sit</i>	83
<i>Spiritus masculinitatis in Sole</i>	102	<i>Veritas summa in homine que sit</i>	9
<i>Spiritus ubique potest subsistere</i>	148	<i>Veritatis consequitio que</i>	13
<i>Spirituum genera</i>	183	<i>Veritatis gradus uary</i>	8
<i>Spirituum signum</i>	181	<i>Vertumnus unde dictus</i>	97
<i>Statua Etruscorum non ad honorem</i>		<i>Vesta communis aedes</i>	105
<i>sed ad memoriam</i>	147	<i>Vesta unde dicta</i>	104
<i>Statua quadrifrontis</i>	151.148	<i>Vestales in Etruria nullæ</i>	139
<i>Stella in Oriente quando</i>	45	<i>Via certissima ad caelestia omnia</i>	
<i>Stiliconis perfidia</i>	43	<i>euocanda</i>	184
<i>Suadendi fundamentum</i>	222	<i>Viri boni officium</i>	190
<i>Substantiarum separatarum genera</i>		<i>Vmbri populi</i>	66.68
<i>ra duo</i>	161	<i>Vmbri unde</i>	72
<i>Succubi unde</i>	181	<i>Vnitas creata que</i>	98
<i>Suilla caro humano temperamento</i>		<i>Vocalium usus liber</i>	60
<i>proxima</i>	183	<i>Vrbis, Arca, & Mons Ianiculus</i>	
<i>Syra Dea que</i>	105		168
<i>Synus a Platone celebratus quis sit</i>	15	<i>Z</i>	
		<i>zeus rebouas quid</i>	239

